


Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.


For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

S. 127.
Mason ~~99.150.~~



JÁRNSÍDA

EÐR

HÁKONARBÓK.



SUMTIBUS LEGATI ARNÆMAGNÆANI.

HIN FORNA

LÖGBÓK ÍSLENDÍNGA

SEM NEFNIST

JÁRNSIDA EÐR HÁKONARBÓK.

CODEX JURIS ISLANDORUM ANTIQVUS,

QVI NOMINATUR

JARNSIDA SEU LIBER HACONIS.



EX MANUSCRIPTO PERGAMENO (QVOD SOLUM SUPEREST) LEGATI ARNÆ-MAGNÆANI EDITUS.

CUM INTERPRETATIONE LATINA, LECTIONIBUS VARIIS, INDICIBUS VOCUM ET RERUM p. p.

PRÆMISSO HISTORICO IN HUJUS JURIS ORIGINES ET FATA TENTAMINE,

A TH. SVEINBJÖRNSSON CONSCRIPTO.

HAVNIÆ.

SUMPTIBUS LEGATI ARNÆMAGNÆANI,

TYPIS J. H. SCHULTZ.

1847.

Addendum.

Specimen scripturæ codicis Jarnsidæ primarii (collectionis Arnæmagnæanæ 334 fol.), lapidi inscriptum, præsenti editioni subjungimus; continet autem ultimam partem capitis sexti sectionis *þingfararbálkr* (ita incipientem: *ef maðr fær eigi rættinde sín*) et primam capitis primi sectionis *Kristindómsbálkr* (quæ sic clauditur: *með obrigdelegre staðfesto*) cfr. ipsius editionis pag. 9—11.

Corrigenda.

P. XIV. L. 19, 24 l. 29. P. XVIII L. 22, dua l. duo. P. XXIII L. 4. variantabus l. variantibus. P. XXVI L. 8 variantibas l. variantibus. P. XXIX L. 25 comitio l. comitia. — P. 3 L. 21 foripetas l. scabinos. L. 21—22 per qvemcunqve non denominatum l. pro qvocumqve non denominato. P. 35 L. 11 destitutus l. destituitur vel. P. 40 L. 17 id l. in; L. 26 dua l. duo. P. 46 L. 5 deleantur (de rumore). P. 56 L. 6 *sina* l. *sinum*; P. 59 L. 10 desponsatorio l. desponsatoris; L. 12 alio l. alii. P. 65 L. 24 coëmerit l. duxerit. P. 85 L. 6 contrarium l. adversarium. P. 88 L. 21 oppignorare l. pignorari. P. 90 L. 21 consummatur l. præstetur. P. 93 L. 10 pecunariis l. pecuariis. P. 94 L. 18 cæpit l. capit. P. 108 L. 23 comitia tractus l. tribus.

Errore typographi septem ultimæ voluminis paginæ pravis numeris sunt insignitæ; lege igitur 185—191 pro 285—291.

B. L.

Quum Islandiæ et fortasse totius Scandinaviæ antiquissima illa legum collectio, quæ nomine *Grágás* vocatur, sumptibus Legati Arnamagnæani jam edita sit, nobis, quibus munus codices, in scriniis Arnamagnæanis conditos, evulgandi incumbit, nihil harum rerum peritis gratius nos facere posse visum est, quam alterum Scandinavorum in legibus ferundis sapientiæ monumentum, adhuc pæne incognitum, legem *Hákonarbók*, quæ vulgo etiam *Járnsiða* nominatur, prelo mandare. Ut vero hanc legem præ aliis eligeremus, eo magis adducti sumus, quod hæc post sæculum et dimidium fere in locum illius Grágás successerit, et, licet brevi interjecto tempore alii legum codici cedere cogeretur, tamen ad statum Scandinaviæ antiquum illustrandum magnopere conferat. Quum enim magnæ illius mutationis reipublicæ Islandicæ, qua factum est, ut forma civitatis in monarchiam abiret et populus libertatem, qua in discordiis intestinis abusus erat, cum imperio regum Norvegiæ commutaret, prima vestigia in hac lege occurrant, sequitur, ut historia transitus a veteri forma ad recentiorem et veterum Islandiæ institutionum cum innovationibus e legibus Norvegiæ petitis commixtio multis modis hac lege illustretur. Adde, quod gravissima legis pars ex legibus Norvegiæ originem trahat, nonnullis hic illic additis vel omissis vel mutatis; unde facile videbis, vetustis illis Norvegiæ legibus, legi nempe Gulathingensi antiquæ et Frostathingensi, quæ et lacunis et obscuritate interdum laborant, nostram legem uberrimam lucem affundere posse. *) Ab altera parte, sicut Hákonarbók leges Norvegicas, quippe fontes ejus, passim illustrat, ita quoque interpretationi legis Islandiæ, Jonsbok dictæ, adhuc pro magna parte vigentis, inservire sine dubio potest, quum multa ejus præcepta sensim sensimque in Islandia radices egerint atque in legem Jónsbók translata sint.

Quæ quum ita sint, propositum nostrum, hanc legem publici juris facere, satis multa habere, quibus se commendet, nobis videtur. Interea, dum hæc scribimus etiam aliis idem consilium placuisse videmus, quum inter leges antiquas Norvegiæ, quas ediderunt viri doctissimi *R. Keyser* et *P. A. Munch* (Christiania 1847) etiam hæc lex Vol. 1. pag. 259–300 ut appendix legis Frostathingensis edita sit. Quum, ut jam monuimus, lex originem suam Norvegicam manifeste prodat, non est, cur cum editoribus legum Norvegiæ de jure discep-

*) Satis quoque patet, illas leges Norvegicas nostram illustrare atque interdum emendare posse; sic v. c. ubi Jarnsida p. 56 hæc verba habent: *En ef hann vil æige kaupa sec or skoge*, lex Frostathingensis p. 165 vocem *æige* omittit, unde sensus evadit: si e silva sese redimere *voluerit*, quem verum esse legis sensum contextus quoque satis demonstrat.

temus, quo legem Islandicam suis legibus adnumeraverint; nobis sufficiat monere, opus, quod hic lectori traditur, illa Norvegica editione superfluum non factum esse, quum in illa solus textus islandicus, in hac nostra autem textus apparatu critico, glossario et versione latina instructus appareat. Editio legum Norvegiæ antiquarum, certe omnibus antiquitatum Scandinaviæ amatoribus et æstumatoribus gratissima, nobis quoque eam ob causam satis opportune obvenit, quod nobis occasio oblata sit, in conspectu fontium legis Jarnsidæ, quem huic præfationi addimus, ad editionem omnibus patentem ablegandi lectorem, qui hoc subsidio destitutus coactus esset ad versionem *Pausianam* danicam, jam libris rarioribus accensendam, cujus paginas in notis *Sveinbiörnsen* noster passim laudat, confugere.

Quod ad legis originem et fata attinet, lectorem ad doctam hac de re commentationem editoris *Sveinbiörnsen* relegamus. Idem vir doctissimus conspectum codicum dedit, quorum tamen, quod valde dolendum, modo unus membranaceus exstat, qui vetustatis præ se ferat speciem, codex nempe pergamenus Legati Arnamagnæani Nr. 334 in folio, idem, qui quoque legem Grágás continet ideoque in editione hujus legis pag. CLXV jam descriptus est. Quod idem editor, patriæ suæ antiquitatum peritissimus, in notis passim additis, nec non in Glossario, summa diligentia elaborato, ad legem illustrandam ubique præstiterit, grata mente agnoscimus. Quodsi forte versio latina lectori minus placeat, quum hic et illic literalem sensum nimis urgeat et sic obscurior facta sit, interdum quoque, ubi sermo latinus nullam suppeditet vocem, quæ vocabulo Islandico apprime respondeat, novas fingat verborum formas, v. c. *foripeta* (ɔ: *thingman*, scabinus) *securitas vitalis* (*friðr*, pax, sensu medii ævi), *comitia sagittaria*, *comitia quinionis* &c., non inficias ibimus, versionem nonnullis locis hisce aliisque mendis laborare, verum iidem nulli dubitamus, quin æquus lector, harum rerum peritus, magnas illas difficultates agnoscat, quibus is, qui canæ Scandinaviæ monumenta latine reddere velit, undique circumstrictus sit. In corrigendis quædam annotavimus, quibus aliquot locorum sensus clarior evadat.

Quanquam legem explorandam cumque legibus Norvegiæ antiquioribus comparandam aliis relinqvamus, non tamen possumus, quin observemus, hanc legem plures continere juris regulas vel paroemias, quæ quum legislatorem sensu recti et justi imbutum probant, tum vetustatis speciem manifestam præ se ferunt et has ob causas singulari attentione dignæ sunt. Initium faciamus a verbis, quæ pag. 5 leguntur: *"Þviat með logom skal land vort byggia, æn æyge ologum æyða"* ɔ: legibus enim terra nostra condenda est, ne per injustitiam devastetur; verbis magni momenti, quæ jam Nialus circa annum millesimum p. C. n. in comitiis Islandorum protulit quæque deinde in præfationem legis Iutiæ et Uplandiæ migrarunt. Sequenti pagina sanctitas comitiorum hisce verbis inculcatur: *"Þviat i ollum stoðum hæfer at gæta spectar oc siðsemðar, en þo einkanlega i þæim stoðum mest sem til skynsemðar oc spectar ero skipaðer at ondverdo* ɔ: Ubique enim tranquillitatem et morum honestatem servare necesse est, speciatim tamen et inprimis in locis principaliter sapientiæ et tranquill tati sacratis.

Pag. 47 legimus: *Engan rætt a konungr a þeim manne er engan a sialfr a sèr* ɔ:

Regi nullum est jus mulctam exigendi ob læsionem, quæ ei inferatur, qui ipse jus mulctam ob illatam læsionem sibi expetendi non habeat. *)

Pag. 99 quanti momenti sit agricolis sepium conservatio, hisce verbis prædicatur: *Garðr er granna sætter* ↄ: sepimentum est vicinorum pacificator; pulchrius quidem in legibus Sveciæ antiquis curæ divinæ commendatur, dum sepes sera Dei vocatur (Ostgöth. L. Edz. B. fl. 32: *Nu stial man korn af akre ute ok bryter guzs las)* unde quoque in Westmanna Lagh Manh. B. XXVI §. 11 sepes dicitur paries agri et *cælum tectum ejus (akrom ær garþer at wæk oc himen at þæckio).* Pag. 102 liberam esse piscaturam lex sic pronuntiat: *"Ganga skal guðz geve till fiallz sem til fioro* ↄ: dono Dei, sive montem sive litus petat, haud præstruendum est iter. Pag. 109: *Doms er hver verdr fire sinu at hafa* ↄ: quisque dignus est, ut res suas sententia judicis defendat, **) et eadem pagina sanctitas juris dominii inculcatur: *"varr skal engi firi oðrum taka"* ↄ: ne quis alteri quid surripiat, cfr. pag. 128: *Varr skal enge annan stela.* — Pag. 110: *"Efter vitnom oc gognum skal hvært mal dæma; sua er, ef einn ber vitne með manne, sem engi bere, en tueir sem tiu, ef eige koma anðvitne at mote* ↄ: juxta testium effata et probationes lis quæque dirimenda; testis unicus nullius habeatur, duo testes decem æquivaleant, nisi testes adsint contrarii. Eadem est regula de numero testium in lege convivii Sᶜᵗⁱ Canuti: *ikkæ scal oc et witnæ höræs uden the worthe tu witnæ, mæden to mæns witnæ ær öffert* ***) ↄ: nec unus testis audiendus est, verum duo; si duo adsunt, hoc sufficit, quæ regula etiam apud *Petrum Syv* inter proverbia laudatur: *"Een Mands Vidne er ingen Vidne"* (II. 481) et sub eadem forma in sententiis judicialibus sæculi decimi sexti occurrit. ****) Pag. 112: juris regulam legimus: *Viðrmælis er huerr maðr verðr* ↄ: quisque dignus est, cui adversarius in jus vocatus respondeat. *****) Pag. 115 dicitur: *þviat i salte liggr sok ef sækendr duga* ↄ: nam sale condita jacet causa, si actores adsint idonei, quibus verbis indicatur, actionem temporis decursu non præscribi, si modo actor sit competens.

Regulis juris, breviter conceptis, adnumerare quoque liceat præceptum, quod occurrit pag. 116: *sialfr skal hverr maðr sina sokn sækia innan lands frials maðr oc fulltiða* ↄ: ipse quisque causam suam agat, modo in Islandia sit constitutus, ingenuus et adultæ ætatis;

---

*) Locus in versione paullo obscurius ita redditur: Regi nihil juris est in hominem juris personalis expertem.

**) In versione redditur: Pro factis propriis judicii dignus est quisque, quum lectionem *fire sina athofn* secuta sit; verum patet ex lege Gulatingensi antiqva cap. 34. legendum esse: *fyri sinu at hafa*, quam lectionem quoque exhibet Not. 5 pag. 109.

***) Kof. Anchers ſaml. jur. Skrift. III. 218.

****) Vide Udvalg af gamle danſke Domme, udgivne af Kolderup Roſenvinge II. 171. cfr. versionem episcopi *Canuti* danicam libelli *Joh. Andreæ* de processu judiciali in Ny Danſke Magazin VI. 199.

*****) In versione haud dubie minus recte redditur: Jus excipiendi cuique competit. Cum interpretatione nostra optime conspirant quæ legimus p. 114 præscripta: *"hinn skal annattveggia festa fe eða synia „*ↄ: actor alterum sib exposcere potest ab eo, qui in jus vocatus est, aut ut præstet quod exigitur, aut ut neget factum" (itaque necesse est, ut respondeat).

etiam sequens pag. 118: "*Engi varr skal oðrum selia fals eða flærð* ɔ: nequis nostrum alteri vendat falsum fraudemve, et demum notissimum illud de commodato pag. 124: *Sa skal lan abyrgiaz, er þiggr, at koma heilu heim* ɔ: rei commodatæ periculum sustineat commodatarius eamque restitui curet. *)

Aliis locis argumentationes legislatoris deprehendimus, quæ genium temporis recentioris spirant, in quibus rationes legis uberius tractantur aut comparatione aliqua e vita quotidianæ vel ab ideis, illi ævo consentaneis, petita adstruuntur. Huc referimus quæ pag. 24–25 de raptu uxoris alterius afferuntur, ubi legislator sperat "omnes sapientes in id consentire, atrocius tam in Deum quam in homines delictum committi, furtim uxores auferendo, quam vaccas vel pecora." Ejusdem generis sunt, quæ pag. 49 de damnis casualibus, pag. 51 de morsu, pag. 52–53 de vindicta injusta **), et exhortationes ad judices, ut juste judicent et quatuor illas sorores: Misericordiam, Veritatem, Justitiam et Concordiam (*friðsemi*, proprie pacis amorem, Fredſommelighed) colant, quæ p. 54 obveniunt quæque fere omnia inlegem Gulathingensem, a rege Magno Lagabæter editam, migrarunt, in antiquioribus autem legibus Norvegiæ non inveniuntur.

Dabamus Hafniæ d. 20 Martii 1847.

A. S. Örsted. Werlauff. Engelstoft. Finn Magnusen. Rafn. Kolderup-Rosenvinge.

*) Cfr. Lex Scanica XVI. 3. Lex Jutica II. 114 & III. 54.

**) Quum hic differentia inter vindictam privatam et pænæ executionem ex mandato judicis factam exponitur, lex inculcat, leges, non judicem, irrogare pænam, alios vero, qui vindictam sumant, id facere ira incensos et invidia ductos. Simili modo lex Jutica II. 88, ubi præscribit, exactori regis jus competere, furem patibulo suspendere, addit, eum hoc juste facere, quia facinus a fure commissum ipsum condemnavit, exactorem autem officio et regis mandato, non vindictæ satisfacere (*oc hauær han thær ækki synd af forthi hans gærning hauær ham fordömd oc han latær ham hængæ for rættens sak oc konungs wald, oc æy foræ hæfnd*).

Conspectus fontium legis Jarnsidæ.

Jarnsiða.	*Lex Gulathingensis antiqua.*	*Lex Frostathingensis.*	*Grágás.*
Þingfarar Bálkr.			
Cap. 1.			
— 2 in fine	Cap. 3 in fine.		
— 3 ——	—— ——	I. 2. 3. 6.	
— 4.			
— 5	.....	V. 46.	
— 6	Cap. 32	V. 46.	
Kristindoms Bálkr.			
Cap. 1.			
— 2.			
— 3.			
— 4.			
— 5.			
— 6.			
— 7.			
Manhelgi.			
Cap. 1	.....	IV. 1.	
— 2.			
— 3	.....	pag. 121. 3 & 4.	
— 4	.....	pag. 122. 5.	
— 5	.....	IV. 1. 2. 3. 4.	
— 6	Cap. 32	V. 45.	
— 7	.....	pag. 121. 1, pag. 123. 8. 9. 10.	
— 8	.....	IV. 31. 32.	
— 9	.....	IV. 35.	
— 10	.....	IV. 39.	
— 11	.....	IV. 5.	
— 12	Cap. 187	IV. 15.	
— 13	.....	IV. 9. 10.	
— 14	Cap. 156	IV. 7.	
— 15	.....	IV. 11. 13.	
— 16	.....	IV. 22.	
— 17	.....	IV. 29.	
— 18	Cap. 151.		
— 19	.....	IV. 30.	
— 20	.....	V. 6.	
— 21	.....	V. 12.	
— 22	.....	IV. 16. 17. 18. 19.	
— 23	.....	V. 15.	
— 24	Cap. 196	V. 22.....	Vigsl. cap. 105.
— 25	.....	V. 21. 22.	
— 26	Cap. 137.		
— 27	.....	X. 39.	
— 28.			
— 92.			

Jarnsiða.	*Lex Gulath. antiqua.*	*Lex Frostathingensis.*	*Grágás.*
Manhelgi.			
Cap. 30	Cap. 169. 172. 177	IV. 27. 28.	
— 31-37	cfr. Magni Lagab. Lex Gulath. Manh. B. Cap. 14, 15, 27, 16, 17, 29, 26.		
Kvenna-Giptingar.			
Cap. 1	Cap. 128	XI. 2. 3. 4	
— 2	Cap. 52. 53. 54.		
— 3		XI. 8. 18. 16.	
— 4		XI. 9.	
— 5		XI. 14.	
Erfðatal.			
Cap. 1-13		VIII. 1-14.	
— 14 (cfr. Magn. Lagab. Gul. T. L. EB. c. 7.)			
— 15.			
— 16	Cap. 58	IX. 1.	
— 17		IX. 2. 3. 5.	
— 18	Cap. 115.		
— 19	Cap. 115.		
— 20		IX. 7. 8.	
— 21		IX. 9.	
— 22		IX. 20.	
— 23		IX. 29.	
— 24	Cap. 119	IX. 2.	
— 25	Cap. 115.		
Landabrigða Bálkr.			
Cap. 1			Ldbr. c. 1. (II. 202.)
— 2			— c. 2. (II. 213.)
— 3			— c. 2. (II. 216).
— 4			— c. 2. 11. (214-215.
— 5			— c. 12. (II. 235).
— 6			ibid.
— 7			ibid. p. 239-241.
— 8.			
— 9			ibid. c. 13. p. 251.
— 10	Cap. 72		cfr. Ldbr. Cap. 45 (II. 332.
— 11	Cap. 73		cfr. II. 332-333.
— 12	Cap. 75.		
— 13			ibid. Cap. 45. p. 337-338
— 14	Cap. 76.		
— 15	— 77.		
— 16	— 78.		
— 17	— 79.		
— 18	— 81.		
— 19	— 81.		
— 20	— 82.		
— 21	— 80.		
— 22	— 82.		
— 23	— 83.		
— 24	— 85		cfr. ibid. Cap. 49. p. 349
— 25	— 86.		
— 26	— 89.		

Jarnsiða.	*Lex Gulathing. antiqua.*	*Lex Frostathingensis.*	*Grágás.*
Landabrigða Bálkr.			
Cap. 27	.....	.....	Lbdr. Cap. 23. p. 280-284.
— 28.			
— 29.....	.....	.....	ibid. Cap. 72. p. 392.
Kaupa-Bálkr.			
Cap. 1.....	Cap. 34. 141. 142.		
— 2.....	— 59	.....	cfr. ibid. Cap. 2. p. 213.
— 3.....	— 102.		
— 4.....	— 35.		
— 5.....	— 36. 37.		
— 6.....	— 38. 39.		
— 7.....	— 46.		
— 8.....	— 47.		
— 9.....	— 40.		
— 10.....	— 40.		
— 11.....	— 41.		
— 12.....	— 43.		
— 13.....	— 43. 44.		
— 14.....	— 45.		
— 15.....	— 48.		
— 16.....	— 49,		
— 17.....	— 50.		
— 18.....	— 55. 56.		
— 19.....	.....	X. 10.	
— 20.....	Cap. 146	.....	cfr. II. 399.
— 21.....			
Þiófabálkr.			
Cap. 1.....	cfr. Cap. 253.		
— 2.....	.....	XIV. 12.	
— 3.....	Cap. 254.		
— 4.....	— 254.		
— 5.....	— 255	.....	cfr. II. 193.
— 6.....	— 256.		
— 7.....	— 256. 257. 258. 259. 260.		
— 8.....	.....	XIV. 13.	
— 9.....	— 132	cfr. XV. 1.	
— 10.....	— 133	cfr. XV. 11.	
— 11.....	— 135.		

Index nominum propriorum in Jarnsida occurrentium

Alþing, locus comitiorum generalium Islandiæ; cfr. *Öxará*.

Arnesþing (*Árness-þing*) Toparchia Arnesensis (hodie *Árnessýsla* appellata) 2.

Einarr (*Æinarr*, *Einar*), Archiepiscopus Norvegiæ, 14, 23.

Eyiarþing, Eyensis toparchia (posterius dicta *Þingeyar þing; Þingeyar-sýsla*, *Norðrsýsla*, nunc in duas partes divisa) 2.

Eyrar, locus celeber comitiorum, apud Nidrosiam, Norvegiæ urbem, 15.

Eysteinn, filius Magni nudipedis, Norvegiæ Rex, 72.

Frosta, locus comitiorum Thrandheimi, Norvegiæ provinciæ, 14.

Hacon (Hákon) filius Haconis Sverreri filii, Rex Norvegiæ 14, 19, 23, 48.

Hacon (Hákon) Sverreri filius, Rex Norvegiæ 14.

Hegranes þing, Toparchia Hegranesensis (posterius Skagafjordensis dicta) 2.

Hunavatz (*Húnavatns*) *þing*, toparchia Hunavatnensis, 2.

Jesús Kristr 11.

Jon, (*Jón*) Jonas, Archiepiscopus Norvegiæ, 48.

Islendingar (Islandi) 10.

Kjalarnes þing, toparchia Kialarnesensis (posterius in Kiosensem & Gullbringensem divisa) 2.

Magnus berfœttr (dictus nudipes) Norvegiæ Rex, 72.

Magnus, Haconis filius, posterius dictus *Lagabœter*, legum reformator, Norvegiæ Rex, 14, 23, 48, 49.

Marria (alias *María*, *Mária*) mater Christi, 11.

Mulaþing, Mulensis toparchia, (nunc in duas partes divisa) 2.

Norðmenn (Normanni) Norvegi, 14.

Noregr, Norvegia, 14, 15, 47.

Noregsmenn, Norvegi, 14.

Olafr (*Ólafr*) *hinn helgi*, sanctus Olaus, Norvegiæ Rex, 1
14, 15, 17, 18, 19, 23.

Olafr (*Ólafr*) filius Magni Nudipedis, Norvegiæ Rex, 72.

Pilatus (*Pílatus*) 11.

Rangarþing (in codice *Rang ar þing*) Rangaensis toparchi
nunc dicta Rangarvallensis (*Rángárvalla sýsla*) 2.

Sigurðr (Sigurdus), filius Magni Nudipedis, Norvegiæ Rex, 7

Skaptarfellsþing (in codice *Skaptar fells þing* ɔ: *Skaptárf. þ*
in Landnama et alias freqventissime *Skaptafellsþing*
Toparchia Skaptafellensis, 2.

Suerrir (*Sverrer*), Norvegiæ Rex, 14, 23.

Voðlaþing (alias *Vöðluþing*, *Vaðlaþing*) Vadlensis topar
chia, posterius *Ejafjarðarsýsla* dicta, 2.

Þuerar þing (*Þverárþing*) toparchia Thveraensis, posterius i
Borgarfjordensem et Myrensem divisa 2.

Þorskafjarðarþing, toparchia Thorskafjordensis, posterius i
Bardastrandensem, Isafjordensem et Strandensem divisa 2

Þorsnesþing, (þórsnessþing) Thorsnesensis toparchia, posteriu
divisa in Hnappadalensem, Snæfellsnesensem et Da
lensem.

Æinar vid. *Einarr*, *Einar*.

Öxara (*Öxará*) flumen toparchiæ Arnesensis, in cujus rip
generalia Islandiæ comitia, *alþing*, qvotannis sunt cele
brata, 1.

HISTORICUM IN ORIGINES ET FATA LEGIS JARNSIDÆ SEU LIBRI HACONIS TENTAMEN, AUCTORE TH. SVEINBJÖRNSSON, SUPERIORIS ISLANDIÆ TRIBUNALIS JUSTITIARIO.

§ 1.

De reipublicæ Islandorum statu in deterius mutato.

Viguit diu floruitque respublica Islandorum, libertate felix, opibus pollens, optimatum sapientia constituta et gubernata, legibus vel indigenis vel gentis usibus accommodatis constricta; legibus inquam, quæ nec unius nec paucorum auctoritate nitebantur, sed quæ prodierunt e totius fere gentis autonomia, et e communi consensu vim obligandi ceperunt [1]. *Hisce temporibus Islandi studiis literariis, historia præsertim et poesi, præcelluerunt, commercia mercatoria propriis navibus longe lateque exercuerunt, agriculturæ navarunt operam, imo novas indagavere terras, Grönlandiam nempe et Americam, colonias eo deducentes* [2]; *et quocunque tandem locorum pervenerint, candore, virtute, animi præsentia, scientiis, consilio et quacunque ingenua indole nullo inferiores habebantur. Sed — ut ait poeta — damnosa quid non imminuit dies? Seculo duodecimo vergente, et in seculi decimi tertii prima parte, status reipublicæ internus in deterius abire cœpit. Optimates in partes abeuntes, numerosa stipati clientela, internam pacem fregerunt, partesque contrarias odiis vatinianiis persequebantur; bella intestina fere assidua exercerunt, et rapinis, cædibus, incendiis, seditionibus et turbis nulla fuit finis. Hinc jus tantum fortioris prævaluit, sed reipublicæ leges armorum strepitu fremituque obmutuerunt. Unico, quod reipublicæ corpus continuit, vinculo disrupto insania factionum vires indies cepit, et ad internecionem, si non gentis, tamen patriæ, pleno gradu tenderunt male feriati populares* [3].

---

[1]) *Gragas. Isl. 1. p. 5, 6, 7, 8.*

[2]) *Antiqu. American. in præfat., Schedæ Arii polyh. cap. 6.*

[3]) *Annales Islandiæ, historia præsertim Sturlungorum in hujus rei haud dubium testimonium adferri possunt.*

§ 2.

De causis, quæ huc aliquid contulerunt.

De causis, quæ ad Islandiæ reipublicæ detrimentum et interitum aliquid contulerunt si anquiritur, primum adferri potest, si non homini insita libido dominandi, si non horum temporum Islandis innatus et proprius vigor: tamen ipsa reipublicæ forma et constitutio fundamentalis. Proceres, libertatis avidi, et speciem quamcunque alienæ dominationis ægre ferentes, partem aliquam terræ primitus occupavere, quæ sic hæreditario jure devolvebatur ad primi occupatoris posteros [1]. *Hi in incolas occupatæ regionis jura haud perpauca exercuerunt, eorumque patronos sese gesserunt, clientibus non minus ad tributa solvenda quam operas præstandas iis obligatis. Jura subditis dixerunt, et ab injuria aliena eos defendere tenebantur, sed cæteris toparchis nec dignitate nec potentia inferiores, nihil super se præter leges communes agnoverunt. Sic Islandia paullatim in triginta novem toparchias nedicam regna fuit divisa* [2]. *Nemo non videt hoc in momento positam esse primam civilis dissidii causam; sive enim aliquis inter pares sibi visus fuerit injuriam pati ab alio, ejusdem dignitatis et potentiæ, sive subditi duorum optimatum invicem læsionibus certarint, vi vi repellenda et reprimenda censebatur; armis dimicare, quam actione forensi contendere expeditius et ex genio seculi magis virile esse duxerunt. Nihil mirum, rempublicam Islandorum, huncce fomitem, igni concipiendo quam maxime aptum, in gremio suo servantem sensim conflagrasse, scintilla dissidii aliunde etiam ei immissa, quod ni evenisset, nec igne sufflato, eam tam cito conflagrasse totus dubito.*

§ 3.

Continuatio.

Reges Norvegiæ avidis oculis Islandiam diu inspexisse videntur, et diversis igitur mediis et blandimentis gentem islandicam lactare sunt conati; sic privilegia et prærogativæ quædam Islandis, qui, negotia commutativa cum Norvegis assidue gerentes, Norvegiam quotannis frequentavere, concesserunt [3]; *mox Haconis Adelstani temporibus Islandi in Norvegia non minoris pretii habebantur, quam præfectorum regiorum filii Norvegi (vide H. Adelst. leg. Gul. Mannh. cap. 50); filios familiarum, domi divitiis prævalentium, in suum satellitium mite receperunt, blanditiis permulserunt, beneficiis adornarunt, et eos tandem, ut suæ clementiæ et munificentiæ præcones, in patriam remiserunt, non raro iisdem*

---

[1]) *Landnama passim.*
[2]) *Grag. isl.* I, *pag. 4.*
[3]) *Grag. isl. II. pagg. 407-410.*

demandata potestate satrapica in unam aliamve Islandiæ partem, cujus ne minima quidem particula ad eos pertinuit. Hi emissarii, Norvegiæ regum gratia et favore superbientes, in patriam reversi, magna moliri cœperunt, magnates, hac regum gratia non honoratos, torvis oculis despexerunt, hominem præ se putantes neminem, et seipsos tantum summis in republica honoribus dignos, publicisque muneribus pares, esse censuerunt. Magnates patriæ, hoc ægre ferentes, vim vi repellere, injurias armis ulcisci, conabantur, parsque utraque omni studio et fervore factiosis in contrariæ partis perniciem lapidem quemcunque movere cœpit. Bella intestina exarserunt et libertas reipublicæ ad internecionem ferebatur. Mox in reipublicæ primordiis Rex Haraldus Pulchricomus Unam, Gardari filium, in Islandiam emisit, aureis pollicitis allectum, consiliis adjutum, et dato negotio, ut Islandiam, cum incolis, in ejus redigeret potestatem, primatibus Islandiæ captis aut interfectis; sed Unas, spe et pollicitis frustratus, Leidolfi athletæ gladio peremtus interiit[1]. *Olaus Sanctus beneficiorum illecebris idem tentare voluit, quem in finem benignis privilegiis Islandos adornavit*[2], *et regiis muneribus optimates insulæ beavit; his mediis, et intercessione emissarii sui Thorarini, Nefjulfi filii, rem eo fere perduxit, ut insula Grimseya, boreale Islandiæ litus adjacens, Regi cederetur; ea enim satis modeste Rex se contentum fore dixit, si totius Islandiæ deditionem non acquirere posset. Sed circumspecta Einari Tveraensis prudentia Regis consilium antevertit. Quo Rex accensus filios familiarum Islandos in ejus aula degentes durius tractare cœpit, unico tamen eorum, iisdem mandatis, in patriam, sed frustra, emisso*[3]. *Haraldum Sigurdi idem in consiliis habuisse ferunt auctores*[4]. *Rex Norvegiæ Haco Haconis filius inprimis quoad Islandos magni fecisse videtur regulam politicam: divide et impera; nondum enim Islandiæ partis cujusdam omnino potitus ejus regendæ potestatem anno 1220 primum contulit celebri illi Snorroni Sturlæo; deinde anno 1235 Sturlæ Sigvati filio primi sobrino; postea anno 1247 Thordo Sigvati filio, qui Kakali cognominatur; et tandem anno 1258 famoso Gissuro Thorvaldi filio, quem et comitis titulo et dignitate adornavit. Ad Islandos, libertatis tenaces, lactandos et demulciendos plures præterea ad eos transmisit legationes. Commentitiam satrapæ dignitatem uni auferendo alteri conferendo civilis dissidii semen latius sparsit, quo crescente, messem sibi tam facilem quam largam fore sperabat. Si non amor patriæ et libertatis, proprii tamen imperii et dignitatis cura Snorronem et Sturlam abstinuit, quin Regi præstitis pollicitis starent, ejusque de patria in potestatem Norvegorum redigenda voluntatem perficerent. Thor-*

---

1) *Landn. IIII, cap. 4.*
2) *Grag. l. c.*
3) *Hist. Olai Scti; Arngr. Crymog. L. 1.*
4) *Hist. eccl. Isl.* I, *pag. 377.*

dus, in Norvegiam reversus et ibi coacte retentus, repentina extinguitur morte; Gissurus vero, ferro et fraudibus sœviens, Snorronem & Sturlam aliosque patriæ optimates e medio sustulit, ut Regis, Islandiæ dominio inhiantis, mandata perficere, et eum voti compotem facere possit[1]. *Referunt auctores Cardinalem Vilhelmum, dum in Norvegia ad Haconem solenniter coronandum 1247 morabatur, ei auctorem extitisse, ut Islandos suæ subjicere potestati, ne, præter reliquarum gentium morem nullius Regis aut principis imperio subjecti suopte nutu aut arbitrio viverent. Sed hoc inter Haconis calliditatis figmenta, ut suis conatibus auctoritatem conciliaret et fucum obduceret, habeo. Longe antea de Islandis subigendis consilia iniit (cfr. § subsequentem), nec verosimile, Cardinalem Italum, aristocratia Islandorum quamvis ei curæ cordique fuerit, de quo dubitandum, eam pro re insolita habuisse, cum respublicæ in Italia plures jamjam extiterint*[2].

§ 4.

Continuatio.

Ut ad scopum optatum certius pervenire posset Rex Haco, jus sibi vindicavit, episcopos Islandis obtrudere, quoscunque voluerit, certo sciens, partes suas in Islandia eos non parum adjuturos, qui ab ejus gratia episcopalem dignitatem assecuti fuerint. Hoc a Sigurdo Archiepiscopo Nidarosiensi primum verosimillime obtinuit, consensu Romani pontificis postea acquisito. Sic factum est, ut Islandiæ immiserit tres episcopos: Botolphum, Henricum et Sigurdum Thettmari filium, omnes Norvegos et Regis partibus addictos; Botolphus Holanam, Sigurdus Skalholtinam diœcesin simul anno 1239 regendas suscepit, sed in utramque ab incolis electi, episcopatus vacantis candidati Islandi, Magnus Gudmundi filius et Kigra-Björnus, in Norvegiam, ad assequendam ordinationem, frustra transfretaverunt, et peregre decesserunt. Sic Rex non tantum in civilibus, sed etiam in rebus ecclesiasticis sibi arrogavit potentiam, ei nequaquam delatam, in populum liberum. Factio regia etiam eo facilius in Islandia vires sumsit, quum Islandi jamjam, per aliquantum temporis ecclesiastico Norvegorum imperio cœcam obedientiam præstare fuerunt assuefacti, idque non tantum in negotiis ecclesiasticis, quæ hic a medio seculo duodecimo ex Archiepiscoporum Nidarosensium nutu gerebantur, sed etiam in civilibus. Clerici enim hoc tempore omnes in eo fuerunt, ut rerum civilium quam plurimas suæ jurisdictioni et effatis infallibilibus subjicere possint, sperantes, se seculares, amplexibus laccrtosis insinuatos, eo facilius suffocaturos. Hinc concludi potest, episcopos Norvegos, Islandiæ immissos, ad po-

---

[1]) *Hist. Sturl. & Haconis Haconidis.*

[2]) *Ht. eccl. Isl. I, 235, 363 not.; Hist. Hac. Hac. Cap. 59.*

liticum Regis finem obtinendum haud parum contulisse, eosque non tam ecclesiæ iis concreditæ salutem, quam Regis mandata sedulo inspexisse. Per totam hanc civilibus turbis commotam ætatem, ab anno inde 1239 ad annum 1263, Norvegi episcopi hic fungebantur; Botolpho enim Holano ad plures abeunte anno 1246, Henricus Caroli filius mox substituitur, ne res regiæ in boreali Islandiæ parte fulcro careant. Hi episcopi etiam partium turbis sese immiscebant; non raro re ita ferente, partibus, quas pridie amplectebantur, hodie derelictis, contrarias sunt secuti, pristinas diris devoventes, ut publica perturbatio adaugeatur, et regii in turbidis felicius piscari possint [1].

§ 5.

De Islandorum deditione.

Tot tantœque Islandorum libertati structæ machinationes; intestina dissidia, qvum unus optimatum in alterum concitatus immitteretur; dissolutio vinculi, quod solum Islandicæ reipublicæ partes constrixit, legum nempe, ad quas posthabendas satis pronum se prodit humanum ingenium: hæc omnia haud alium effectum exserere potuerunt, quam vinculi laxationem, et reipublicæ corporis dissolutionem in partes, quas separatim subjugare haud multum laboris exhibuit insidiantibus. Deditionem jamjam annis 1251 et 1254 incepisse testatur coævus Haconis historiographus Islandus, Sturla Thordi, in vita Haconis capp. 273, 283; priore enim anno Sæmundi multiscii abnepotes Haraldus et Philippus in Regis ditionem tradiderunt jurisdictionem suam, sed anno posterius nominato emissarius regius Ivarus Angli filius de tributo solvendo cum borealibus egit. Tandem vero Rex Haco voti omnino compos est factus, quum iterata vice legatos in Islandiam eum in finem miserit, annis 1261 et 1262, quum deditionem accepit omnium Islandiæ quadrantum, orientali excepto, qui tamen anno demum 1264, Hacone jamjam in expeditione scotica 15 Dec. 1263 exstincto, cæterorum exemplum sequebatur [2]. *Aliquando florens per 390 annos durans, sed jam degenerata et in anarchiam vergens, Aristo-democratia Islandorum sic finiit, terraque et incolæ in ditionem venerunt regni Norvegiæ, non vi victi, sed qua socii, splendidis conditionibus (si servatæ fuissent) acquisiti et libere sese tandem obferentes; Regis quidem imperio obtemperaturi, et tributarii facti, sed sartis tectisque propriis legibus et privilegiis* [3].

---

[1]) *Hist. eccl. Isl. I, pagg. 104, 313 not. c, 375 seqq., 379 seqq. Pag. 363 not. a. celeberrimus auctor F. Johannæus de Henrico episcopo eam fert sententiam: "quod non minorem laborem et sedulitatem in id impendisset, ut Islandos Regi Norvegiæ, quam ut Christo subderet".*

[2]) *De mutatione regiminis in Islandia prolixe narrat Torf. hist. Norv. IIII, Libr. 5. Cfr. Hist. eccl. Isl. 1. 373 sequ.*

[3]) *Contenta diplomatis deditiii exhibet Hist. eccl. Isl. I, 381, sed idiomate originario impressum est ad calcem legis Jonsbok 1709, pag. 473.*

§ 6.

Mutato regimine mutantur leges.

Hanc regiminis mutationem, sequelis gravidam, novam adferre legislationem, necesse fuit. Gragasa Islandica hucusque Islandos, qua lex civilis, obligare haud desiit, sed illa in reipublicæ gremio enata et crescens et permulta Aristocratiæ vestigia in se continens, eique superstructa, novis Islandiæ dominis non potuit non displicere. Sartas tectas leges Islandorum fore iis quidem polliciti sunt, sed vel verba dare voluit Rex Haco, quod fere dixerim, vel mox perspiciebat dominationem suam in Islandia, turbis sedatis, precariam et tantum momentaneam fore, nisi Aristocratiæ everteret fundamenta, jurisdictiones nempe hæreditarias, quibus etiam tota judiciorum ordinatio erat superstructa[1]. *Hæc in aliam, si non meliorem, formam referre festinavit igitur Rex, sibique arrogavit potestatem magistratus jurisdictionibus imponendi; quædam cruenta dominorum morte vacuæ ad Regem devolvebantur, quædam vel ad eum vel filium Magnum, ad animos eorum placandos, voluntarie traditæ sunt*[2], *quædam regiminis mutatione dominis abreptæ. Sic Aristocratiæ fundamenta sunt eversa, nec leges, quæ iis nitebantur, diutius durare potuerunt. Mox igitur deditione facta, imo antea (de quo postea), Rex Haco de novis legibus, regioni acquisitæ intrudendis, circumspiciebat.*

§ 7.

Hujus legis nomen.

Lex regia auctoritate condita et Islandis primum injuncta diversa præ se fert nomina, quæ ab Islandis verosimillime ei indita sunt. Primarie eam **Jarnsidam** *(latus ferreum) vocarunt, indictarum mulctarum magnitudinem et ejus rigorositatem causantes, sed revera factæ deditionis pœnitentes. Postea nomen* **Hákonarbók** *(liber Haconis) adepta esse videtur, in auctoris memoriam.*

§ 8.

Cujus auctoritate et quando condita.

Haconem legem Jarnsidam condidisse vel conditam curasse, et alterum ejus nomen indicat, et plurima tam interna quam externa criteria svadent et probant. Haud probabile, Haconem, qui jam inde ab anno 1220 de Islandia in suam potestatem redigenda con

---

[1]) *Grag. Isl. passim.*

[2]) *Hist. Hac. Hac. cap. 244, 273, Fornm. Sögur 10, pag. 157.*

silia iniit[1], *et labentibus annis catastrophen deditionis magis magisque appropinquare sensit, nihil de novis legibus, quibus regia potestas in Islandia corroboraretur, cogitasse, præsertim postquam partes quædam Islandiæ sensim sensimque, imprimis annis 1251 et 1254, ut antea § 5 innuimus, in ejus ditionem venerint. Anno 1258 Gissurum Thorvaldi comitem creando, et satrapicam potestatem in Islandiam ei conferendo, dominum sese gessit Islandiæ, unde conjicio hocce anno vel subsequenti Jarnsidam compositam esse. Enarus Archiepiscopus per decennium ab anno 1254 ad 1264 archiepiscopali dignitate functus est*[2]. *Hic in Jarnsida bis, qua factam constitutionem consiliis adjuvans, laudatur*[3]; *unde in hoc decennio prima Jarnsidæ lineamenta ducta fuisse infero, et in hacce temporis periodo annum 1259 constituendum puto, quum anno præcedenti Gissurus Islandiæ præfectus fuerit*[4]. *Sturla Thordi*[5] *res gestas Haconis referens, primum mentionem injicit: eum leges Norvegiæ in multis restaurasse, et mox addit: eum codicem legum concinnasse, qui (historiæ conditæ temporibus 1264 vel 1265*[6]) novæ *nominantur* leges, *quo Jarnsidam innui opinor; leges enim Frostenses Haconis Haconidis, antecedentibus memoratæ, tali nomine vix ac ne vix salutari potuerunt, temporibus historiæ conditæ, præsertim cum ad tenorem legum Haconis Adalsteni proxime accesserint*[7]. *Potius videntur per "novas leges" innui novellæ quædam, rescripta et constitutiones, quas legibus Frostensibus adjecit Haco, et quas nobis exhibet versio Pausania parte II pagg. 3-12; sed hoc statuendo tautologiæ Sturlæ relationem arguimus, quum contra ex mea sententia legislationes Haconianas, si non ordine chronologico, tamen ex earum dignitate, refert auctor: primo leges Frostenses, mox Jarnsidam et demum rescripta et novellas constitutiones a rege latas. Nemo non videt me in hac conjectura sequi lectionem inclyti codicis Flateyensis*[8]*: "*Hann lèt setja bókina *ɔ: librum ordinavit" &c., sed non ut habet codex Frisianus: "*hann lèt þat setja í bókina", *libro id inferri curavit, quod cum sequen-*

---

[1]) *Hist. Hac. Hac. cap. 59.*

[2]) *Hist. eccl. Isl. I, pag. 231.*

[3]) Járnsíða Mannhelgi *cap. 7,* Kristindóms bálkr *cap. 3.*

[4]) *Mecum facere video celebrem nomophylacem Paulum Vidalinum, qui in voces: "*vika, Laugardagr" *commentatus asserit, ante 1262 Jarnsidam conditam esse.*

[5]) *Hist. Hac. Hac. cap. 332.*

[6]) *Hist. Hac. Hac. cap. 275.*

[7]) *Haconem leges Frostenses mox post annum 1223, quum regnum ei adjudicatum fuit (cfr. Hist. Hac. Hac. cap. seqq)., condidisse vel potius reparasse opinor, ad animos civium sibi conciliandos. Si jus ecclesiasticum, quod legibus ejus Frostensibus insertum invenitur, et nobis exhibet Paus. I, ad calcem legum Gulensium Magni Regis, ei jure tribuitur, ut vult Kongslev, I. pag. 135 et concludi potest e rescripto Magni Smek anni 1328 (Paus. II pag. 213), necesse est, leges Frostenses conscriptas esse ante 1247; cfr. tit. 44 hujus juris eccl. et sæpius.*

[8]) *Fornmanna-Sögur X, pag. 152 var. 6, 7.*

tibus minime cohæret. Sive accipimus Jarnsidam esse novellis hisce constitutionibus an tiquiorem, sive viceversa, quod potius crediderim, res fere eodem redit. Torfæum me cum facere video [1].

§ 9.

Continuatio.

Docet historia Haconem grandævum, Hacone filio præmatura morte abrepto, Magnum filium in imperii societatem vocasse, anno 1257 [2]. *Hic Magnus in laudatis Jarnsidæ loci memoratur, qua regiminis cum patre particeps, unde post hunc annum conditam esse opor tet; de ordaliis, anno 1247 abrogatis, et statu servili ab eodem forsan anno si non abrogato tamen imminuto, iota quidem non habet, quod ex jamjam dictis minime mirum; magis mi randum est, Jarnsidam ne verbo quidem tangere tributum Regi solvendum, ad quod ab Is landis acquirendum Rex Haco tamdiu sudavit; sed hoc ex mea sententia non parum faci ad stabiliendum, quod Jarnsida primitus condita fuerit ante annos 1261 et 1262, qui bus maximæ Islandiæ partis deditio perficiebatur, et incolarum jurejurando tributi soluti Regi Norvegorum stipulata est. Si igitur Jarnsida serius fuerit condita, ut quidam con tendunt, vero maxime consentaneum, accipere, Regem Norvegiæ id non oblitum fuisse legibu inferre quod maximi momenti esse duxit, et factæ subjectionis signum erat perpetuum. San Magnus legum reformator hæc Jonsbokæ inferre haud supersedit* [3]. *Præterea minime pro babile est, Haconem, qui ab anno inde 1262 in expeditione Scotica totus fuit, legislationi studiis simul incubuisse, sed si post 11 Julii 1263, quo die Haco in Scotiam abnavigavit* [4] *condita fuerit Jarnsida, non Haconi sed Magno Regi, contra omnium sententiam, adscribend esset. Sane hæc lex cum Magnæanis parum cognationis habet, sed legum Haconis Frosten sium antiquiorum, inprimis Haconis Adelstani Gulensium legum, colorem præ se fert, quod ex facta collatione cujuscunque capitis in hac editione patebit. Sic pro certo habeo, Haco nem Jarnsidam concinnasse Islandorum deditione nondum facta, sed armorum et morti interventu ab ea introducenda impeditum fuisse deditio postquam subsecuta est.*

§ 10.

Quinam Jarnsidæ conscribendæ inservierint, quæritur.

Inferunt historiographi, Sturlam Thordi et Thorvardum Thorarini, duos percelebre hujus temporis Islandos, Jarnsidæ concinnandæ adhibitos fuisse [5]. *sed quanam auctoritat*

---

[1]) *Hist. Norv. IV. pag. 302; Holb. Stat p. 499.*
[2]) *Hist. Hac. Hac. cap. 292.*
[3]) *Jonsb. (1709) pagg. 51, 52.*
[4]) *Hist. Hac. Hac. cap. 319.*
[5]) *Hist. eccl. Isl.* I *pag. 402;* Espól. Árb. *I pag. 5.*

freti, nescio. Sturla Thordi ille poeta, historiographus et jurisconsultus eximius, quantum mihi innotescit, prima vice ut rebellis et læsæ Majestatis reus, quasi qui se adjunxisset partibus Regi contrariis, in Norvegiam anno 1263 transfretavit, adactus vi et potestate Regiorum, inprimis Rafni Oddi filii; Sturla certior factus, Haconem Regem in Scotia absentem esse, in Magni Regis mansvetudine et clementia spem omnem collocavit; nec frustra; nam brevi in intimam optimi Regis familiaritatem receptus, ejus aulæ dapifer et Regis consiliarius evasit, simulque ei delatum est negotium honorificum historiam Haconis concinnare [1], *quod annis 1263–64 et 1264–65 perfecisse certum est, ut ipse in suo opere testatur* [2]. *Hoc tempore eum de historia construenda satagentem operi leges ferendi incubuisse, totus dubito. Thorvardus Thorarini, inter Magnates patriæ haud infimæ notæ, fere eadem fata expertus est; ob cædem Thorgilsi Bodvari et Bergi, quorum uterque aulicus, et ille etiam præfectus regius extiterat, læsæ Majestatis reus agitur, sed auctoritate Brandi episcopi Jonæ filii adactus ad clementiam Magni Regis anno 1264 tandem confugit, et ab eo in gratiam receptus postea ad summas dignitates pervenit* [3]. *Thorarinus anno nominato peregre secutus est Hallvardum, Gullsko dictum, qui tum, Islandiæ deditione peracta, exantlati laboris præmium reportaturus domum rediit* [4]. *His apparet utrumque, Sturlam et Thorvardum, simul in Norvegia fuisse, per hiemem 1264–65, sed utrum hoc tempore Jarnsidæ jamjam constructæ revidendæ inserviissent, ambigi potest, quamvis hoc minime negandum, si Rex Magnus, ut opinor, eam mox promulgandam et æstate subsequenti emittendam decreverat.*

§ 11.

A quo Jarnsida in Islandiam transmissa.

In id omnes, quantum scio, consentiunt, quod Jarnsida non ab Hacone, sed a filio ejus Magno in Islandiam transmissa fuerit, quod et res ipsa docet; leges enim ignotas obtrudere populo, ad obediendum nondum obligato, multum abfuit ab Haconis rerum civitium peritia; sed eadem æstate, 1262, qua emissarius regius Hallvardus Gullskor *de Islandiæ australis, occidentalis et borealis partis deditione Regi retulit* [5], *(orientalis adhæc restabat), Haco etiam nuntios accepit de Scotorum in Hebridas facta invasione* [6], *unde mox bellum anhelans per hiemem subsequentem omni studio bellicam paravit expeditio-*

[1]) *Hist. Sturl. III. pagg. 302 seqq.*
[2]) *Hist. Hac. Hac. cap. 275.*
[3]) *Hist. eccl. Isl. I. pag. 402.*
[4]) *Fornmanna S. X. pagg. 156, 157; Hist. eccl. Isl. I. pag. 370.*
[5]) *Hist. Hac. Hac. cap. 313.*
[6]) *ibid. cap. 314.*

nem [1], *cætera in tempora magis opportuna differens. In Julio 1263 classe instructus Norvegiam reliquit* [2], *sed die decimo quinto Decembris ejusdem anni vitam cum morte commutavit* [3]. *Sic Magno filio reliquit cum regno etiam negotium leges Islandis, iis si non aptatas tamen paratas, injungere.*

§ 12.

Quando Jarnsida Islandiæ primum illata fuerit.

De anno, cum primum Jarnsida in Islandiam delata sit, historici nostri et antiquarii diversas fovent sententias. Plurimi hoc in annum 1271 differunt, quorum maxime memorandi celeberrimus episcopus Finnus Johannæus [4] *et Biornus Skardsaensis* [5]. *Alii ad annum 1272 hoc referunt ut Arngrimus Jonæ* [6], *et Espolinus* [7]. *Nonnulli contendunt hoc factum esse anno 1265, quorum primarius est ille in antiquitatibus Islandiæ versatissimus nomophylax Paulus Vidalinus* [8], *cum quo etiam lubens facio; doctissimum Halfdanum Enari eandem sententiam fovere video* [9], *et nonnulli tam Sturlungæ quam Jarnsidæ codices marginali annotatione idem asserunt. Celeberr. Schlegelus in comm. hist.-crit. ante Gragasam pag. CLI not. *** Vidalini sententiam subscribit. Cæteros, qui annum statuunt 1262, ut Svenonem Sölvii* [10], *Jonam Magni, Hiardarholtensem* [11], *et plures, præterco, cum eorum sententia omni careat fundamento. Prima et secunda sententia revera una est et eadem, et utraque nititur relatione Historiæ Arnæ Episcopi, mediantibus forsitan annalibus vetustis, sed incertæ auctoritatis. Historia Arnæ episcopi ad annum 1271, vel ut qvidam codices habeat 1272, refert: Sturlam Thordi, Thorvaldum Thorarini et Indridum Böggul aulicum Magni Regis, in Islandiam transtulisse codicem legum Norvegicarum, quarum aliqua pars mox eadem æstate promulgata recipiebatur* [12], *reliquum vero hujus legis in comitiis generalibus 1272, et circa undecimum Novembris anno 1273, in leges receptum esse, in eadem historia scriptum invenitur. Hic Jarnsidam non vero Jonsbokam intelligi necesse est, hæc enim primum 1280 vel 1281 huc delata est per Jonam*

---

[1]) *loco cit.*
[2]) *ibid. cap. 319.*
[3]) *ibid. cap. 330.*
[4]) *Hist. eccl. Isl. I. pag. 402, II. pag. 5.*
[5]) *comment. ejus mscr. in vocem* "álagðir".
[6]) *Crymog. III, cap. 2, pag. 109.*
[7]) Ísl. Árbækr *I, pag. 5.*
[8]) *Comment. ejus mscr. in vocem* "álagðir".
[9]) *Sciagraph. hist. liter. Isl. pag. 182.*
[10]) *Tyro juris I, pag. 8.*
[11]) *ejus epistola ad P. Vidalinum mscr.*
[12]) *Hist. Arnæ episc. pag. 13.*

Enari Nomophylacem, et emissarium regium Lodin Lepp, ut eadem historia testatur [1]. *Historia Sturlungorum* [2] *contra haud facile aliter intelligi potest, quam quod Sturla Jarnsidam a Magno Rege ordinatam, a prima sua peregrinatione redux, huc detulisset, refertque eum tum totius Islandiæ nomophylacem esse factum, legesque Islandiæ esse immutatas, et hic de anno 1265 loqui statuendum ex relationis continuitate cum antecedentibus, ubi colloquium Sturlæ cum comite Birgero Sveone refertur, quod vix serius factum esse potest, quam 1265, cum anno subsequenti comes e vita discesserit. Ibidem etiam mentio injicitur, Magnum Regem Sturlæ veniam domum redeundi concessisse, eadem æstate* [3]; *nec mirum, Regem, omnibus benignum, Sturlam tum et honoribus adornasse, fidem habuisse et negotia magni momenti ei contulisse, cum in intimam ejus gratiam jam pervenerit et historiam patris hieme præcedente ad finem perduxerit, ut antea § 10 probatum est. Refert Sturlunga l. c., Sturlam Nomophylacis officium permultos annos abhinc gessisse, donec incipiebant lites inter clericos et laicos de præbendis, quibus inchoandis officium deposuit, inde enatas controversias callide evitans, de quo ipse litium dux et concitator Arnas episcopus eum faustum felicemque prædicavit. Sed si primum 1271 Jarnsidam attulit, et nomophylax factus est, haud evitasset dissidia civilia hinc enata, quæ annis 1271, 1272 et 1273 ex ipsa Arnæ episcopi historia, non tantum in Islandia, sed et coram Rege et archiepiscopo, sat contumaciter gerebantur. Sturlam anno 1265 Jarnsidam huc detulisse haud debilitatur annotando, caput Sturlungæ antecedens de secunda Sturlæ peregrinatione etiam loqui. Ea enim relatio aperte inserta est inter verba* "hinn mesti skaði" *et* "Sturla orti um" *&c. Scio nonnullos contendere, lites de præbendis inchoasse 1284, cum laici Erici Regis auctoritate freti præbendas receperunt; sed longe antea incipiebant* (hófust); *quamvis, Jonæ archiepiscopi judiciali sententia 1273 sopitæ, anno 1284 recrudescere cœperint, quo anno etiam Sturla decessit. Nec obstat, quod referat Historia Arnæ episcopi, Sturlam in officio 1272 successisse Thorleifo Reimo, idem casus enim esse potuit 1265; nam Thorleifus, teste Sturlunga, Nomophylacis officio fungebatur annis 1263 et 1264* [4]. *Expressis verbis testatur Sturl. l. c., Sturlam Jarnsidam| huc deferentem solum vel totius Islandiæ nomophylacem regia auctoritate factum esse, quod in annum 1272 minime quadrat; post annum enim 1269, cum Jonas Enari (verosimillime, ut refert Sturlunga* [5], *cum Erlendo Olavi) officium iniit, et Sturlæ successit, Islandiam inter duos*

---

[1]) *Hist. Arnæ episc. pagg. 42, 43.*
[2]) *Hist. Sturl. III. pag. 307.*
[3]) *ibid.*
[4]) *ibid. pag. 299.*
[5]) *ibid. pag. 308.*

nomophylaces divisam esse opinor[1]. *Sane in litteris suis, ad Regem Norvegiæ 1276 datis, Arnas episcopus duos nominat Nomophylaces, Jonam Enari et Sturlam*[2], *quamvis fere nihil inde sit concludendum, quod Sturla ibidem nomophylax sit dictus, nam etiam moriens nomophylax nominatur*[3], *cum tamen certum sit eum officio tum non functum esse. Cæterum refert Sturlunga, Sturlam Jarnsidam huc deferentem mox nomophylacem esse factum, cum Historia Arnæ episcopi contra Sturlam anno 1271 Jarnsidam attulisse, sed 1272 nomophylacis officium adiisse referat, unde etiam concludi potest, utramque historiam non de uno eodemque casu loqui, neutram enim mendacii arguere volo, quod ex dicendis patebit. Cfr. § 15.*

§ 13.

Continuatio.

Hisce tam chronologicis quam historicis rationibus adjici meretur una, fere sufficiens: haud accipiendum esse, Magnum Regem, omnibus benevolum, pacis juris et justitiæ amantissimum, per octo annos, imperii primos, sivisse subditos suos nuper acquisitos exleges vivere, et tamen leges iis paratas et prædestinatas in præsto habuisse. Dico exleges; non tantum enim, antiquas Gragasæ leges eorum statui politico minime accommodatas amplius esse, Regem agnovisse necesse est, sed etiam eum haud fugit, leges memoratas, inter arma diu silentes, auctoritate ex maxima parte in posterum destitutum iri; occasio ei se præbuit haud spernenda, novas leges inferendi periculum facere, cum duos, libertatis non minime tenaces, Islandiæ optimates, Sturlam et Thorvardum secum haberet, sibi quam maxime devinctos, cum ejus clementiæ et benevolentiæ se suaque fere omnia deberent, quorum alterum auctoritate in patria non parum pollere scivit; Sturla enim bis antea, ex annalium relatu, nomophylacis dignitate in patria fuit honoratus, anno 1246 et 1250 vel 1251[4]. *Ex his omnibus colligo Sturlam (verosimillime unacum Thorvardo Thorarini), in patriam reducem anno 1265, eadem æstate qua Sturla cum Birgero erat collocutus, Jarnsidam secum asportasse introducendam, quo anno leges Islandiæ sic immutatæ sunt, jure quidem, quamvis non de facto, de quo posterius. Si quis dixerit, me tantum probasse Thorvardum in Norvegia adfuisse per hiemem 1264-65, non vero eum nec Indridam Böggul æstate subsequenti cum Sturla in Islandiam transfretasse, hoc me minime angit; nam, ut serius dicendum venit, statuo: iterata vice Jarnsidam huc devenisse, unde haud*

---

[1]) *Annot. episc. F. Joh. ad* "Lögmannatal" *Vigfusi Jonæ mscr.*
[2]) *Hist. Arnæ episc. p. 31.*
[3]) *ibid. pag. 47.*
[4]) *Annal. Flateyenses et Vigfusæ Jonæi* "Lögmannatal", *antea allegatum.*

necessarium accipere Sturlungam et Arnæ episcopi historiam de uno eodemque casu mentionem facere.

§ 14.

An mox recepta.

Sturlam, legum codice allato, ad eum introducendum aliquid fecisse, nullus dubito, de hoc historiæ quamvis taceant. Sed incolæ, libertatis suæ et autonomiæ memores, eam recipere recusarunt, legum nimiam rigorositatem causantes, in cuius rei memoriam iis, ut antea innui, Jarnsidæ nomen indiderunt, quod hic in Islandia ejus nomen primarium opinor. Sed si Jarnsida hac vice in eadem forma fuerit ac ad nos pervenit, nulla adfuit causa eam pœnarum vel multarum immanitatis arguere. Sane lex Islandorum Gragasa multo atrociores pœnas indicit, exilio vel proscriptione delicta etiam minora castigans, imo errores processuales haud leviter animadvertens. Sic ex. gr. adulterium ex Gragasæ præscriptis proscriptione puniendum erat, quod ex Jarnsida multa pecuniaria expiari potuit; et sic de aliis. Hinc conjicio, Jarnsidam, cum primum Islandis apparuit, quindecim et quadraginta marcarum multas habuisse, ad Haconis Haconidis Frostensium legum tenorem concinnatam, quod cum in Islandia insolitum quid esset, sufficiens incolis subfuit causa, legem novam et peregrinam nimiæ rigorositatis arguere. Sane adhæc quadraginta marcarum multæ in Jarnsida nominatim occurrunt Krdb. *4 et in* Þjófab. *10, ubi leges Magni, in locis parallelis, habent marcas tredecim, vel tredecim marcas octo ortugas. Hæc si recipiuntur, necesse est, Haconem Jarnsidam composuisse priusquam novellam ediderit de quindecim et quadraginta marcarum reductione ad trientem* [1], *si hæc constitutio ei jure tribuitur, de quo dubitare liceret, cum Haconis vita, a coævo jurisperito conscripta, de eo taceat. Scio Magnum Regem patri suo tribuere constitutionem de subditi cæsi resarcitionis* (þegngildis) *ad tredecim marcas octo ortugas reductione* [2], *sed tam quindecim quam quadraginta marcarum multæ in legibus Frostensibus sæpius occurrunt, quam in causis homicidii.*

§ 15.

Jarnsida Regi remittitur reformanda.

Res ipsa docet, Sturlam de Jarnsida in Islandiam introducenda desperantem, hæc Regi retulisse, simul adjecta causa, quæ maxime obstitit, quin recipiatur. Rex Magnus, de legibus regni reformandis jamjam animum inducens, solita mansvetudine Jarnsidam etiam moderandam et adaugendam accepit, circa eundem annum 1267, quo auctores referunt

---

[1]) *Paus. II pag. 167.*

[2]) *Magni leg. Gul. pag. 130.*

eum cæteras regni leges reformandas suscepisse[1]. *Duplici de causa, tum quoad Jarnsidam reformandam, cum respectu ipsius Regis historiæ concinnandæ, Sturlam anno 1269 in Norvegiam profectum esse pono, regiis verosimillime literis evocatum, quo anno Jonam Enarii ut antea dictum est, ei in jurisdictione successisse accipiendum. Hoc comprobare videtur Sturlunga III p. 306 not. 2:* Síðan sigldi hann enn ad nýju nokkuru síðar *o: aliquanto denuo paulo post (post 1265) suscepit peregrinationem. Hunc duplicem in finem Sturlam per biennium in Norvegia commoratum esse opinor, quo etiam feliciter evitavit altercationes in patria per hos annos ferventes de præbendis, quæ etiam, cum tandem anno 1271 jurisdictioni admotus est, in Islandia defervuerunt, in Norvegiam delatæ. Sic tantum relationes Sturlungæ et historiæ Arnæ episcopi conciliantur.*

§ 16.

Interna criteria Jarnsidam a Magno Rege esse reformatam.

Innui § 14, ipsam Jarnsidam factæ reformationis vestigia præ se ferre, cum verosimillimum sit, eam primitus mulctas quindecim et quadraginta marcarum habuisse; sed hanc reformationem a Magno hac vice susceptam esse plures rationes svadent. Docet historia famosum illum Jonam secundum vel rufum archicathedram Nidarosiensem anno 1268 ascendisse, succedentem Haconi archiepiscopo, qui per unum tantum annum hac dignitate fruebatur[2]. *Sed Jarnsida juris personalis titulo 24 archiepiscopum Jonam nomine nominat, qua præsentem et consiliis adjuvantem hocce titulo factam constitutionem. Hæc si cum iis conferuntur, quæ § 8 attuli, de Enaro archiepiscopo bis in Jarnsida laudato, apparebit, eam haud semel et simul esse constructam, sed serius esse adauctam et reformatam. Duæ præterea existunt Jarnsidæ recensiones, una brevior altera prolixior. In recensione breviore desiderantur sectiones de profectione comitiali et christianismo; sectionis de jure personali tituli primi pars posterior, et tituli 4, 5, 6, 28, 30, 31, 34, 35; sect. de jure nuptiali titt. 1, 2, 4; de successionibus titt. 13, 14. Prolixior etiam alio modo disponit sectiones, et sic continet novellas, quæ tam ordine quam materia probant se interpositas esse, ex. gr. titulus 14 sectionis de successionibus, qui inter classem successionum duodecimam et decimam tertiam satis inepte truditur. Dictionem eorum, quæ brevior recensio non habet, a cæteris etiam differre videre videor, cum additamenta permultis locis ad Jonæ archiepiscopi tumidum dicendi genus proxime accedant, quod apparebit, si collatio instituatur inter Jarns. Mh. titt. 29 et 34 cum transactione inter Jonam archiepiscopum*

---

[1]) *Torf. Hist. Norv. IV. p. 316—48; Holbergs Stat pag. 500; Kongsl. I. pag. 139.*
[2]) *Hist. eccl. Isl. I. pag. 443.*

Magnum Regem[1]. *Non tamen contendere audeo, breviorem recensionem esse Haconis, prolixiorem Magni; hoc enim labefactatur, annotando: tit. juris personalis 29, ubi Jonas archiepiscopus nominatur, in breviorem classem etiam insertum esse, unde aliquid argumenti inde quærere supersedeo, inprimis cum titulum 16 de successionibus, qui de liberorum naturalium legitimatione agit, et in omnibus Jarnsidæ exscriptis est obvius, Magno Regi tribuendum existimem; modus legitimandi hic præscriptus, a legibus Frostensibus Haconis omnino differens*[2], *cum Magni legibus serius promulgandis ad apicem usque conspirat*[3]. *Omnibus notum est, leges tam Norvegorum, quam Islandorum, antiquiores permulta habere circa homicidii multæ distributionem inter agnatos et cognatos cæsi. Hæcce distributio legibus Magni abrogata est*[4]; *primum occurrit hæc abrogatio in Jarnsidæ juris personalis titulo 29, Magni auspiciis facta, sed ejusdem sectionis titulus 3, de legislatione Haconiana desumtus, innuere videtur, Jarnsidam primitus vindictæ lytrum habuisse, in familias dispescendum, quo etiam spectat, quod Jarnsida ibi habeat antiquiorum legum ad lytri distributionem spectantem denominationem:* Bauggildismenn & nefgildismenn, *ubi leges Magnæanæ, locis parallelis, habent* næstu frændr (*cognatorum proximi*). *Hæc igitur ad pristinæ formæ post a Magno Rege factam revisionem et reformationem remanentia vestigia refero.*

§ 17.

A quibus et quando huc denuo delata.

Jarnsidam Magni Regis revisioni et reformationi subjectam fuisse ab anno inde 1267, antea innui. Sturlam huic operi admotum esse nullus dubito, hic postquam anno 1269 in Norvegiam venit. Id enimvero testari videntur Jarnsidæ e Gragasa islandica in rebus œconomicis desumtæ constitutiones. Iisdem temporibus Thorvardum Thorarini in Norvegia adfuisse mihi quidem non apparet, quamvis id, contra auctoritatem historiæ Arnæ episcopi, minime negare velim; optimates enim patriæ his temporibus, ad negotia sua partim mercatoria partim politica perficienda, inter Norvegiam et Islandiam assidue navigaverunt. Historia laudata refert utrumque, simul cum aulico quodam Indrido Böggul, Jarnsidam huc transportasse anno 1271[5], *et tamen idem Thorvardus, ex ejusdem historiæ relatione, æstate subsequenti in Norvegiam remeavit*[6], *Islandiam mox anno peracto visitaturus*[7].

---

[1]) *ibid. pag. 386.*
[2]) *Paus. I. pag, 124 in legib. Frostensibus.*
[3]) *Leg. Gul. M. R. p. 250.*
[4]) *ibid. pagg. 158—159.*
[5]) *Hist. Arnæ episc. pag. 13.*
[6]) *ibid. pag. 15.*
[7]) *ibid. pag. 21.*

Indridus, quinam fuerit, nescio. Vix ac ne vix esse potest idem ac Eindridus Bækill, quem His Haconis Haconidis inter Baglorum duces numerat, qui et postea in Haconis amicitiam pervenit [1] *Quicquid sit, eum in aula Magni plurimi æstimatum fuisse puto, et serius plures in Islan diam subiit legationes Magni Regis. Dubitaverunt quidam, legem hoc anno allatam Jarns dam fuisse, cum auctor historiæ eam Norvegicam nominet; sed omni jure hoc nomine venir potuit in Islandia, cum ex maxima parte e legibus Norvegorum consuta esset. Conjic Paulus Vidalinus,* [2] *hanc legem fuisse particulam quandam legum Norvegicarum, quas Re concinnandas jam suscepit, eumque in consiliis habuisse, has successive Islandis obtrudere sed hoc minime convenit optimi Regis circumspecto amori juris et justitiæ et benevol mansvetudini, nuper acquisitis subditis injungere leges adhuc immaturas (nam anno primu 1274 prodierunt), nec eorum usibus et institutis omnino congruas. Relatio historiæ d particulis legis allatæ successive receptis etiam in Jarnsidam quadrat, ut mox erit dicen dum. Nec majoris facienda est sententia celeberr. Schlegeli, qui in Comm. hist. crit. ant Gragasam pag. ultima contendit, legem 1271 in Islandiam missam Jonsbokam fuisse hæc enim sententia omnino adversatur relationi hist. Arnæ episc. cap. 25 in fine, cap. 2 ab initio, ut et serius, cum lex* tota *recipitur; nititurque tantum confusione inter annos leges; cfr.* § *subsequentem.*

§ 18.

Jarnsida quando in leges relata sit.

Refert historia Arnæ episcopi, Jarnsidam eadem æstate qua allata est in comitii puta generalibus, promulgatam fuisse. [3] *Tum mox (ut videtur sine contradictione) recipi batur sectio de profectione comitiali (cui celeberrimus Finnus Johannæus addit sectione de christianismo)* [4]*, ut et tituli de legitimatione per subsequens matrimonium liberorum sponsa procreatorum, de success. 14, et de resarcitione cæsi subditi* (þegngildi) *jus per 1 pars poster., nec non de filii naturalis legitimatione ad januam templi, de succ. 1 Notatu dignum est, hæc omnia in prolixiore Jarnsidæ textu obvia (præter ultimam mat riam) ex mea sententia Magnum Regem auctorem agnoscere; quasi incolæ hoc Regi grat ficari studuissent. Instante et præcedentibus annis Arnas episcopus præbendas a laicis e torquere satagebat, sed quidam optimates, ejus molimina susque deque habentes, restiterun*

---

[1]) *Hist. Hac. Hac. capp. 28, 48, 53, 86.*

[2]) *Comment. in vocem* "álagðir"; *cfr. Arneseus isl. Retterg. not. pag. 447.*

[3]) *Hist. Arn. episc. p. 13.*

[4]) *Hist. eccl. Isl. II. pag. 5. Sectio, in qua mutua regis et subditorum obligatio tractatur, in ipsa le* Kristindómsbálkr *dicitur.*

ad Regem igitur anno 1271 sese convertit, ejus auxilium flagitans, qui anno subsequenti, 1272, episcopum lautis muneribus allicitum et laudibus in altum evectum, ad suas perduxit partes, haud obscure innuens: se ejus usibus obtemperaturum, si legi rogatæ introducendæ inservierit. Episcopus igitur omnes intendit vires, ut Regis voluntas efficiatur, et eadem æstate tota lex ejus auctoritatis interventu recepta est, præter sectionem de successionibus. Mox Episcopus in Norvegiam avolavit, laboris præmium reportaturus, et litem de præbendis Regis et Archiepiscopi tribunali submissurus. Eadem æstate Sturla nomophylacis officium denuo adiit, et sic iterum declinavit famosam præbendarum litem, quæ, proxima æstate 25 Julii (1273), in favorem episcopi decisa, quoad Sturla vixit, sopita videtur. Episcopus sententiam pro lubitu nactus in Islandiam tetendit et auctoritatem suam interposuit, ut successiones Norvegicæ in leges relatæ essent, quod et circa undecimum Novembris ejusdem anni factum esse refertur [1]. *Sic Jarnsida tota tandem vim legis in Islandia est adepta, primaria deditionis conditione seposita vel post decem annos oblita.*

§ 19.

Jarnsida vim legis quamdiu habuerit.

Perspectum sane habuit Rex, legem Patris, Islandis paulisper reluctantibus, iis taliter qualiter obtrusam, nec diu vim legis habituram, nec usibus personarum vel temporum postulatis satisfacere posse. Legibus Norvegorum igitur revisis et reformatis, et 1274 publici juris factis, novam legem Islandis concinnare instituit, adactus, ut ipse testatur in prologo Jonsbokæ, precibus Islandiæ optimatum. Hicce prologus fere idem est, ac in omnibus Norvegiæ legibus, Magni auctoritate quæ nituntur, unde fere dixerim, eum serius Jonsbokæ adsutum esse; tamen nullus dubito, incolas, de Norvegiæ legibus reformatis certiores factos, de Jarnsidæ, seu ut nunc dicta est, Libri Haconis, insufficientia qvestos esse; persvasum etiam habeo crebras his temporibus susceptas peregrinationes Rafni Oddi et Thorvardi Thorarini huc etiam inter alia spectare, hosque celebres viros consiliis adjuvasse legum islandicarum revisionem et reformationem. Vero etiam maxime consentaneum et cum Magni Regis ingenio conveniens est, accipere, eum 1271 Jarnsidam ad interim tantum rogasse, cum leges Norvegorum jamjam reformandas suscipit, nec ei minoris momenti fuit subditos in Islandia, libertatis haud oblitos, bonarum legum spe demulcere, quam Norvegos. Novo legum codice composito anno 1280 Rex Magnus diem supremum obiit die nono Maii, sed decimo quinto Julii coronatus ejus filius Ericus, mox in Islandiam cum Lodino Lepp et Nomophylace Islandorum Jona emisit novam illam legem, quæ deinde

[1]) *Hist. Arn. episc. pagg. 13–21.*

de nomophylacis nomine nomen sortita hunc in diem usque Islandos obligare haud desiit Æstate subsequenti 1281 ex maxima parte pro lege agnoscitur[1]. *Sic Jarnsida per octo tantum annos inter Islandorum leges habebatur.*

§ 20.

Jarnsidæ fata seculis labentibus.

Jarnsida postquam abrogata est, paulisper in oblivionem venit incolarum. Antiquitatum quidem studiosi eam inter alia exscripserunt, quam sæpissime unacum ejus antecessore Gragasa, sed, pro more, haud indicantes, quænam lex fuerit; hinc factum, ut in codicibus quibusdam chartaceis serioris ætatis cum his prolegomenis inveniatur: Eptirfylgjandi lög eru hvorki mjök gömul nè ný, því kallast þau Interim *i. e. Leges subsequentes nec multum vetustæ nec novæ sunt, et igitur Interim nominantur. Hæcce denominatio, quamvis ignorantiæ originem debeat, tamen Jarnsidæ optime convenit, et ni fallor historicam veritatem sequitur. Arnas Magnæus, ut videtur, genuinum hujus legis nomen primus eruit e membranaceis annalibus antiquissimis in Resenii Bibliotheca, ut ipse manu propria testatur annotatione in codice suo chartaceo Nr. 120, quam annotationem secutus est Asgeirus Jonæ, cum codicem chartaceum Bibliothecæ Mugnæanæ Nr. 118 exscripsit, ubi ad nomen proprium "Interim" hæc annotatio invenitur: "Jarnsidam vocari dicit Dnus "Arnas Magnæus, inque testimonium adducit annales antiquissimos membraneos in bibliotheca Resenii". In unico tantum, quantum scio, codice pergameno Jarnsida invenitur, illo nempe codice Stadarholensi, secundum quem Gragasa impressa est, et qui in ejus editione A. (Arnamagnæanus) insignitur, sed tempus rerum edax Jarnsidam mancam tantum et mutilatam ad nos pervenire sivit; in hoc enim codice dua si non plura desiderantur folia, quæ continere debuissent ultimam partem sectionis de fundis reluendis et elocandis, primamque et maximam partem sectionis de ejectamentis maris* (rekabálk)*; deficit textus incipiens materiam et in media sententia de multa ob fundum læsum* (landnám) *et iterum incipit in materia de rebus naufragis, a sententia etiam mutilata incipiens. Omnes codices chartacei eandem et eodem loco lacunam habent, quod minime mirum fuerit, si codex ille pergamenus protypon esset omnium chartaceorum; sed hoc vix ac ne vix accipiendum videtur; fere enim totidem Jarnsidæ exscripta alium et breviorem codicem sequuntur*[2]*, quem can-*

---

[1]) *Hist. Arnæ episc. p. 41—50.*

[2]) *Cum attenditur hancce lacunam et antecedentem et subsequentem legis sententiam mancam et mutilatam facere, apparebit, quid veri falsive insit sententiæ celeberrimi Schlegeli, qui conjicit, ea capita e consilio legislatoris vacua ab initio relicta fuisse, in quibus Gragasa in posterum obtineret. Et cur quæso legislator tam in iis, quæ lacunam antecedunt, quam in subsequentibus Gragasam islandicam excerpere satage-*

dem lacunam et eodem loco habuisse necesse est. Quænam codicis prolixioris in brevioribus desiderantur, § 16 indicavi, et nulla mihi occurrit ratio, cur exscriptores ea exterminarent, si prolixiorem codicem ad manus habuissent exscribendum. Statuendo breviores Codices Jarnsidæ originariæ esse exscripta, prolixiores vero simul continere Magni Regis additamenta serius facta, rem quidem expedire possim, sed, ut antea § 16 annotavi, obstat titulus juris personalis 24, qui in utraque codicum classe est obvius. Cum aliis quamvis accepissem, Jarnsidam primum facta revisione anno 1271 Islandiæ illatam esse, res eodem redit. Unde hunc nodum, mihi Gordium, doctioribus enodandum relinquo.

§ 21.

De Jarnsidæ sectionum a legibus Norvegicis differentia.

Jarnsida fere iisdem constat sectionibus ac cæteræ leges Norvegicæ Magni auctoritate concinnatæ, et eatenus Jonsboka eam sequitur; sectiones etiam eundem ordinem servant. Differt tamen a Jonsboka quatenus, ut antea retuli § 9, nihil habeat de konungs-þegnskyldu *o: officiis subditorum erga Regem, quoad tributa solvenda; nec jus navale* (farmannalög) *in Jarnsida invenitur. A legibus Norvegicis Magnæanis discrepat, cum nihil de expeditione militari* (útfararbálk) *habeat, quod ideo annotatum volo, cum hoc omnino refutatur assertum celeberr. Schlegelii in comment. hist.-critica ante Gragasam, Islandos tam stricte ad Norvegiam defendendam fuisse obligatos, ut e singulis ternis viris, armis in patria ferendis paribus, duo Norvegiæ succurrant et tertius modo domi in Islandia remaneat* [1].

§ 22.

De fontibus Jarnsidæ.

Ad unumquemque Jarnsidæ titulum sedulo indicavi fontes, unde desumtus sit, locaque parallela tam legum Gulensium Magni Regis, quam Jonsbokæ. Hic in genere observatum volo: sectiones de commerciis (kaupabálkr) *et de re rustica* (Landaþrigða- ok Landsleigubálkr), *quatenus hic ad nos pervenit, desumtas esse e Haconis Adelstani legibus Gu-*

---

bat, si ei in consiliis fuerit, sinere, ut Gragasa simul cum Jarnsida vel, ut etiam vult dominus Schlegelius l. c., simul cum Jonsboka in negotiis œconomicis valeret? Sane Islandi, per quinque secula cum dimidio Jonsboka usi, ad Gragasam, quamvis prolixiorem, recurrere nequaquam cogebantur, quamvis auctor laudatus l. c. quasi contendat: Jonsbokam nihil statuere de iis, quæ ad œconomiam ruralem spectant!

[1]) *L. c. pag. CL. Haud observavit auctor celeberr. particulam Gragasæ de Islandorum in Norvegia privilegiis non in Islandia sed in Norvegia conscriptam esse, quod probatur adverbio in loco* "hèr", *mox linea sexta et septima, unde obligatio expeditiones militares cum Rege suscipiendi, ad Norvegiam tuendam, tantum incubuit Islandis, qui in Norvegia qua cives temporarii belli tempore vixerunt.*

lensibus. Tituli singulares serius nominatæ sectionis Gragasam etiam sequuntur, et fere dixerim ea, quæ in lacunam incidunt, e Gragasa desumta fuisse. Sectiones de jure personali (Mannhelgi) *ut et de successionibus vel familia herciscunda* (Erfðabálkr) *originem ducunt a legibus Haconis Haconidis Frostensibus, præter nonnullos titulos, qui de novo adjecti videntur, et in leges Magnæanas serius migraverunt. Eundem* (*leges nempe H. H. Frostenses*) *fontem agnoscit sectio de re nuptiali* (kvennagiptíngar), *præter tit. 2, qui Hac. Adelstani legibus est adscribendus. Sectio de furtis* (þjófabálkr) *partim Haconis Adelstani leges fontem agnoscit, partim de novo est concinnata. Sectiones de comitiis ordinandis et christianismo* (þingfarar- ok Kristindómsbálkr) *de novo adjecti videntur; tamen nemo non videt, titulum 1 sectionis de christianismo in Hac. Adelstani legibus Gulensibus fontem esse Jarnsidæ tit. 4 ejusdem sectionis, qui tam anxie protypi vestigia premit, ut quadraginta marcarum multam etiam servet, ubi leges Magni Gulenses loco parallelo habent tredecim marcas octo ortugas, quod, me judice, evidenter probat, Jarnsidam his legibus esse multo antiquiorem, nisi legislatorem nimiæ oscitationis arguamus. His, ut opinor, apparet, leges Islandis regia potestate, politicis artibus, primum irrogatas, fuisse pallium quoddam pervetustum, staturæ haud accommodatum, tempore tritum et laceratum, rimis hiscens, quibus taliter qualiter medendis laciniæ quædam neotericæ hinc et inde quæsitæ adsutæ fuerunt.*

§ 23.

De usibus Jarnsidæ.

Grati agnoscunt Islandi, hanc legum compilationem diu durare Magnum legum reformatorem haud sivisse, quum legem eorum usibus magis accommodatam et perfectam iis concederet [1]. *Sed Jarnsidæ, qua legis auctoritas in Islandia quamvis non diuturna et fere momentanea fuerit, lex ipsa tamen magni est æstimanda, partim quod in se contineat fontem proximum legis Jonsbok, partim quod ostendat transitum, hic a Gragasa islandica ad Jonsbokam, illic a legibus*

---

[1]) *Refert celeberr. Schlegelius in comment. hist.-critica ante Gragasam pag. CL, post multas incolarum tergiversationes Jonam nomophylacem tandem obtinuisse, ut Jonsboka reciperetur; sed cum historias Jarnsidæ et Jonsbokæ in unum quasi confundat, contendendo anno 1272 initium factum esse Jonsbokam introducere, hoc minime mirum. In iisdem comitiis 1281 Jonsboka et primum prolata et recepta est ab omnibus incolis præter novem Arnæ episcopi asseclas, qui, ut episcopus aliquid haberet, quod Regi condonaret, Jonsbokam agnoscere tergiversati sunt. Episcopus enim eodem tempore jus suum ecclesiastioum introducere satagebat, quod regia auctoritate nondum sancitum fuit, sed tandem recripto Magni Erici filii, cognomine Smek, factum est anno 1356. Tergiversationes igitur plurimæ ab episcopo sunt ortæ. Laici quidem etiam quædam carpenda inveniebant, quæ tamen non obstiterunt, quin legem totam mox agnoscerent; legatus tantum regius Lodinus, cum cæteris præfectis regiis, quædam ad Regis et archiepiscopi iteratam prælectionem referre statuit.*

Norvegiæ antiquioribus ad recentiores (Magni legum Reformatoris). Utriusque seriei articulum efficit coaptantem. Sane antiquarius gratus accipit quicquid ad antiquitatis leges cognoscendas inserviens; hinc enim acquiritur cognitio quam maxime indubitata de patrum moribus et institutis, officiis et juribus, tum in circulo familiæ, quum status et concivium respectu. Jurisprudentiæ studiosus legum antiquiorum collectionem quam maxime integram obtinere quærit, ut compertum habeat, quomodo e jure antiquiore procedit recentius, quomodo æqui et justi species paullatim sese explicat et innovatur, diversis prodiens indumentis, juxta legistatoris voluntatem et genii secularis efficientiam, principia juris interna quamvis similia sint, eadem quamvis idea justi omnium oculis obversata sit, eorum conamina dirigens. Accuratam legum antiquiorum cognitionem necessario requiri ad recentiores rite intelligendas, consentiunt omnes. Est enim, ut celeberr. Koefod Anckerus in præfatione historiæ juris Danici hoc respectu dicit, arbor e radice judicanda. Lingvæ antiquioris scrutator et historicus ex hisce antiquitatis monumentis abundantem acquirunt occasionem ad nova indaganda, antiquiora corrigenda vel stabilienda. Opera tandem legislatoria, ut humani judicii et acuminis fœtus maxime maturi, quibus hominum millium millia vitam debent et securitatem, non possunt non juvare quemcunque serie cogitantem.

§ 24.

Conclusio.

Hæc fere fuerunt, quæ de Jarnsidæ historia monenda habui. Cum attenditur, Jarnsidam popularibus fuisse perosam, ejusque valorem fere momentaneum, unde mox in oblivionem venit, nemo mirabitur, ejus historiam non ubique niti monumentis omni exceptione majoribus. Fateor equidem me hic et illic conjecturis usum esse, sed ubi conjecturæ et personis et circumstantiis conveniunt, ad historicam veritatem proxume accedunt. Si quis, subsidiis suffultus literariis, quæ mihi hic in angulo terræ desunt, meliora in medium proferre possit, bene est. Ego manum de tabula moveo.

CONSPECTUS

CODICUM, QUI HUIC JARNSIDÆ EDITIONI INSERVIERUNT.

I. Prolixiores.

1. *Codex pergamenus Legati Arnemagnæani sub numero 334 in folio. Hic ab Arna Magnæo nominatus est* Staðarhólsbók *o: liber seu codex Stadarholensis, verosimile quod eum acquisierit in* Staðarhól, *prædio nobili in occidentali Islandiæ parte, ubi Arnas Magnæus in æstate anni 1710 se continuit. Hic codex quantum scio unicus est membranaceus, in quo Jarnsida inveniatur, unde eum in textu Jarnsidæ constituendo secutus sum. Jarnsida hic Gragasam sequitur, sed sine inscriptione, nisi quod supra columnam sextam ab initio a neoterico quodam notatum inveniatur:* Lögbók Hákonar kóngs *o: Haconis Regis legum codex. Sectiones legis nec invicem distinguuntur, nec nominibus sunt insignitæ. Ultimum libri et legis folium est mutilatum, ita ut plus minusve ultimarum undecim linearum desideretur, sed hoc e codicibus chartaceis adjectum est in hac editione, inprimis e codice subsequenti, qui ipsius Arnæ Magnæi, si non manu, tamen sub ejus auspiciis exaratus est. Jarnsida eadem ac Gragasa manu scripta est, cujus species exhibetur in tabula æri incisa, quæ nuper laudatæ legis textui præmittitur in ejus editione 1829. Quoad lacunam in textum incidentem ad ea me refero, quæ in tentamine § 20 attuli. De codicis ætate et orthographia aliquid loqui, supervacuum erit, cum in editione Gragasæ de utroque viri doctissimi sententias tulerunt.*
2. *Codex chartaceus legati Arnamagnæani numero 119 in quarto, ni fallor ipsius Arnæ Magnæi manu exaratus. Ad apicem usque cum codice pergameno conspirat, a quo etiam exscriptus est, ut ipse Arnas in duabus schedulis codici affixis testatur. Quæ in ultimo membranæ folio defuerunt adjecit Arnas Magnæus in altera schedula, vel ex propria conjectura, vel Jonsbokam secutus, in altera vero adjectorum aucto-*

rem laudat Jarnsidam "ad Thormodum Torfæum pertinentem", unam nempe, ut opinor earum, quæ serius II, 1, 2 vel 3 nominantur, et ad breviorem classem pertinent. Hoc apographum Litera M (Magnæus) in variantabus notavi.

3. *Codex chartaceus in quarto, in variantibus St., prius pertinens ad collectionem manuscriptorum beati M. Stephensen, Dris juris et Regi a consiliis conferentiarum. Possessor eum ut et sequentem mihi benigne commodavit. Exaratus est codex manu sane antiqua literis gothico-cursivis, non tamen eadem manus in initio et fine, quam in medio. Exscriptum videtur codicis membranacei 334, hic in Islandia verosimillime factum, medio seculo decimo septimo, si non antea. Desunt rubra, nec tituli invicem distingvuntur. Quoad orthographiam sæpe adhibet æ pro e, o pro u, et vice versa, a pro o, e pro i, ut* æige *pro* eigi, ræiða *pro* reiða, klokko *pro* klukku, úleifi *pro* óleifi, var *pro* vor, sek *pro* sik *vel* sig *&c.*

4. *Codex chartaceus eadem forma ac antecedens et ad eundem antea pertinens. Dominus libri hunc codicem exaratum esse putat manu doctissimi Nomophylacis Pauli Vidalini (unde eum in variantibus V notavi), quod et inscripta annotatione testatur Stephensen; sed hoc verum esse, totus dubito; non tantum enim in Jarnsida, sed et in Gragasa, quæ in eodem libro invenitur, mendis et erroribus calami ubique scatet, et orthographiam sequitur corruptam et ab optimis membranis abhorrentem, unde eum indignum censeo doctissimo antiquitatum nostrarum scrutatore Vidalino. Unico tantum loco,* Erfðat. 21, *hicce codex optime legit* kvígu, *ubi plurimi legunt* kingo, *quam lectionem, sane pravam*[1], *etiam secutus est Paus. in legg. Frostensib. II. II. 1. pag. 129, sese tamen hanc vocem non intelligere fatens; sed hoc ad scribentis crisin adhibitam referendum esse dubito, quod plurimæ aliæ voces depravatæ testantur, sed potius ad menda quæ fortuito ad veritatem vergunt. Omnia manuscripta Stephenseniana ex possessoris benevolentia pervolvere mihi licuit, unde certior factus sum, eum hoc unicum exemplar Gragasæ in possessione habere. Hoc ideo annotatum volo, quod celeberr. Schlegelus annotatione ad meam de hoc manuscripto sententiam eam labefactare et dubiam facere voluit (prolegomenis ad Gragasam pag. CLXI). Rubra satis ampla unicuique Jarnsidæ titulo hicce codex apponit, idque non ex auctoritate codicis, sed ex proprio arbitrio; adjicit præterea elenchum titulorum maxime verbosum, sed lacunæ nulla ratione habita antecedentia cum subsequentibus omnino confundit. Cæterum hunc codicem vergente seculo decimo septimo exaratum opinor; primum in seculo decimo octavo jure hæreditario devenit ad Christinam filiam Magni Jonæi no-*

[1]) *Vide annotationes ad voces* kinga *et* rós *in indice jam additas. F. M.*

mophylacis, qui anno 1679 officium adiit, et cujus auspiciis hoc exscriptum factum esse opinor. Marcus Snæbjörni, aliquando toparcha Vestmannoensis, anno 1729 eum ad maternam suam hæreditutem numeravit. Deinde in possessionem venit celeberr. Jonæ Erichsonii, cujus libris divenditis, 30 Octobris 1787, ad Stephensen transiit. Hic, ut opinor, apparet, eum non Paulo Vidalino esse adscribendum.

5. *Codex chartaceus, maxima octavi forma, ad me pertinens, exaratus nitida manu gothica non parum contracta, anno 1769, inspiciente inclyto nomophylace, antiquario et poeta Eggerto Olavio. Hic codex ad optima membranæ exscripta referri potest, cum codice 334 omnino conspirans. Titulos et sectiones a majusculo Anglosaxonico incipientes quidem distingvit, sed rubra non habet. Orthographiam cum optimis codicibus communem habet. Præter Jarnsidam continet Statuta quædam archiepiscoporum Nidarosiensium et episcoporum Scalholtensium, quæ "e membrana Scalholtensi parum vetusta" depromta esse testatur; hæc cum codice membranaceo Arnamagnæano 351 folio collata, ei ad apicem usque respondent. In variantibus litera E eum notavi.*

6. *Codex chartaceus, in forma maxima, ad me pertinens, continet paginas 1819, scriptus manu cursiva quam maxime contracte et subtiliter, medio seculo antecedente, a rustico quodam Thorstano Gudmundi de Skarfanesi in toparchia Rangvallensi. Præter Jarnsidam, codici 334 respondentem, hic codex continet fere omnia ad jus Islandicum, tam vetus quam recentius, tum civile cum ecclesiasticum, pertinentia. Ibi inveniuntur Gragasa islandica juxta codicem Arnamagnæanum, Jarnsida et Jonsboka, jura ecclesiastica vetus Thorlaco-Ketillianum, novum Arnæanum et reformatum sic dictum, quod Olaus Hialti episcopus Holanus et Arnas Gislavi toparcha Rangvallensis concinnaverunt, in usum reformatæ religionis, quamvis vim legis nequaquam obtinuerit. Hic inveniuntur commentationes in voces Jonsbokæ difficiliores: Björni Skardsaensis, Bardi Gislavi et Pauli Vidalini, omnes in extenso; nodus Gordius seu practica legalis* (Rembihnútr) *Jonæ Davidis; jus aulicum Magni Regis annotationibus Dolmeri; articuli Ripenses, Arngrimi Jonæ commentatio in successiones juxta Jonsbokam; præter infinitam fere farraginem constitutionum et rescriptorum temporum tum antiquiorum cum seriorum. Permulta accesserunt historici et mathematici argumenti, omnia, me judice, accurate exscripta et ex optimis fontibus hausta, quod minime mirum, cum episcopus Finnus Johannæus omnia auctori exscribenda commodaverit. In variantibus hunc codicem litera Þ insignivi.*

7. *Codex chartaceus in quarto, quem mihi commodavit doctissimus Dr. philosophiæ Scheving, adjunctus scholæ Bessastadensis. Scriptus videtur medio seculo antecedente, manu satis bona, nec multum contracte. Orthographiam ubique servat optimam, et cum*

optimis membranis consonam, sed hic et illic minus accurate exaratus est. In fronte libri annotatur, Jarnsidam in Islandiam devenisse anno 1262, quod ex auctoritate Svenonis Sölvii et Jonæ Magni Hjardarholtensis dictum esse opinor, sed sine fundamento, ut in Tentamine § 12 innui. Præter Jarnsidam hic codex etiam continet statutum decimationis de 1096 et alia manu nonnulla Regum Norvegorum rescripta. Notatur in variantibus Sch.

II. Breviores.

1. *Codex chartaceus formæ maximæ ad Legatum Arnamagnæanum Nr. 338 pertinens. Hic primum habet Gragasam, quæ si e codice membraneo Arnamagnæano transcripta fuerit, hoc quam maxime incuriose factum est; nam unaquæque fere plagula mendis laborat; hoc, ut opinor, cuique attendenti obvium erit. Jarnsida paulo accuratius scripta videtur, verosimile cum librarius membranæ quam exscriberet legendæ est assvefactus. Jarnsida hic continet paginas 71, et in ea desiderantur quæ in Tentamine § 16 enumeravi. Juris nuptialis titulos 3 & 5 (cæteris omissis) cum jure personali* (Mannhelgi) *conjungit et omnes successionum classes in unicum titulum conglutinat. Cum titulo 10 sectionis de fundis reluendis novam incipit sectionem, quæ* Landsleigubálkr *haud inepte inscribitur. Hic codex, ut ipse testatur, consummatus est 22 Nov. 1694, sed 3 non. Julii 1698 Torfæus eum Havniam misit, hac dedicatione propria manu inscripta: "Illustrissimi patris eximio filio, nobilissimo adole"scenti, domino Hermanno Meiero, fautori suo plurimum colendo, hunc vetustarum "legum codicem, haud infimam antiquitatis thesauri partem, ex villa sua Stangelan"dia insulæ Kormtis paroeciæ Augvaldsnesensis officiosissime transmittit. Anno Do"mini 1698 3 non. Julii. Thormodus Torfæus". Ad hunc Hermannum Meyerum exstat epistola Torfæi in Torfæanis pag. 80. Hoc tempore Arnam Magnæum codicem Stadarholensem acquisivisse totus dubito, et quamvis acquisivisset, hic in Havnia servatus fuisset, cum contra præsentem codicem 338 in Norvegia exaratum esse verosimile sit. Hinc concludo: Torfæum codicem tenuisse membraneum tum Gragasæ cum Jarnsidæ, cujus exscriptum hic habemus, sed ipse quorsum venerit, non liquet. Hunc codicem chartaceum Litera A in variantibus notavi.*
2. *Codex chartaceus in quarto Legati Arnamagnæani, numero 118 insignitus. Arnas Magnæus huic inscripsit:* Fra salig Assessor Thormod Torvesens Enke 1720 Nr. 9,

A vidua beati Assessoris Thormodi Torfæi 1720 numero 9. Hunc codicem exaratum opinor manu Asgeiri Jonæ, et exscriptum esse videtur ejusdem codicis vel membranæ ac antecedens. Hic Jarnsida his verbis inchoatur: "Eptirfylgjandi lög eru hvorki mjök gömul nè ný, því kallaz þau: Interim *o: Leges subsequentes nec sunt pervetustæ nec novæ, ideo nominantur: Interim; cui alia manu adjicitur: "Jarnsidam vocari "dicit* $D_{\overline{nus}}$ *Arnas Magnæus, Archivarius Regius, inque testimonium adducit annales "antiquissimos membraneos in Bibliotheca Resenii". In variantibus notatus est T.*

3. *Codex chartaceus ejusdem formæ Nr. 120 inter Arnæ Magnæi manuscripta, exaratus 1640 in gratiam Jonæ Arii, præpositi et pastoris Vatnsfjordensis, qui anno 1664 codicem transmisit Torfæo, qua commodatum, literis quæ in compendio, ipsius Arnæ Magnæi manu, libro sunt affixæ. Gragasa hic ut alias Jarnsidam antecedit, et tum pergit librarius hac annotatione:* En þetta, sem eptir kemr, er quiddam diversum, hvorki mjök gömul lög nè ný ok því kalla ek þetta Interim *o: quod hic subsequitur est quiddam diversum, leges nec pervetustæ nec novæ; hoc igitur Interim nomino; cui ipse Arnas Magnæus eandem addit annotationem, ac in codice præcedenti. Tres jam enumeratos ut et sequentes codices eidem membranæ originem debere conjicio, sive illa tandem in Torfæi possessionem venerit sive non. Quicquid sit, eam jam perditam esse tenendum est. Hunc codicem in variantibus I notavi.*

4. *Codex chartaceus ejusdem formæ, qui dominum agnovit Dr. juris M. Stephensen. Exaratus est hic codex manu nitida, literis gothicis, quam maxime abbreviata. Ubique fere c pro k adhibet et* ei *pro* eigi. *Orthographia utitur constanti et optima. Nec rubra titulis præmittit, nec registrum sectionibus. Eadem ut omnes lacuna laborat et eodem loco. Literæ initiales titulorum Anglosaxonicæ sunt, diversis iconibus hominum animalium et rerum decoratæ.* Þ *initiale sectionis de commerciis exhibet duos de equo adstanti contrahentes. In U initiali sectionis de furtis fur in patibulo suspensus repræsentatur, aliusque qui virgis cæditur. Jus personale in initio exhibet duos gladios certantes. In fine alia manu adjiciuntur omnia, quæ codices copiosiores habent, et in textu desiderantur, adjecta annotatione, ubi textui sint affigenda. Idem Codex continet duo exscripta juris ecclesiastici Arnæani seu novi, rescripta quædam Regum Norvegorum, formulasque processuales. Inter optimos jure numerandus hic codex; nam ab initio quamvis non ubique accurate scriptus sit, mendæ tamen omnes collatione exterminatæ sunt. In variantibus eum X notavi.*

5. *Codex chartaceus ejusdem formæ, ad me pertinens, antecedente seculo scriptus manu cursiva et abbreviate. Gragasa hic Jarnsidæ præmittitur, illa exscriptum exscripti co-*

dicis Arnamagnæani consummatum 1738. Jarnsida vero breviorem servat textum satis accurate scriptum, sine rubris. Literis Th eum in variantibus insignivi.

De meis huic editioni inservientibus operis aliquid dicere, supersedeo; earum, si quid recte se habet, bene est, sin minus, id benigno doctiorum examini humillime submitto.

Th. Sveinbiörnsson, *Isl.*

Kapítula registr

yfir

Lögbók Hákonar konúngs.

Þíngfarar-bálkr.

Kap. I: um alþíng.
— II: um nefndarmenn.
— III: um skikkan oc siðu á alþíngi.
— IV: um grið í alþíngisför.
— V: um dómrof, vápnatak, þíng á leiðum, rángt upp borit mál.
— VI: um dómrof, sekt ok sátt á misgerðum.

Kristindóms-bálkr.

Kap. I: Um kristiliga trú.
— II: um vald konúngs ok biskups.
— III: um kosníng konúngs.
— IV: um konúngs erfðir, konúngs hyllíng.
— V: konúngseiðr.

Index titulorum

in

Haconis Regis legum codice.

Sectio de profectione comitiali.

Tit. I: de comitiis generalibus.
— *II: de denominatis.*
— *III: de institutis & ritibus in comitiis generalibus.*
— *IV: de securitate tendentium in comitia generalia.*
— *V: dc judicum sententiæ violatione, armorum sumtione, conventu promulgatorio, dolosa actione.*
— *VI: de judicum sententia violata, delictorum pœnis et reconciliatione.*

Sectio christianismi.

Tit. I: de fide christiana.
— *II: de Regis & Episcopi imperio.*
— *III: de Rege eligendo.*
— *IV: de Regis successionibus & dc homagio Regi præstando.*
— *V: Regis juramenti formula.*

Kap. VI: hirðstjóra, lendra manna eiðr.
— VII: bónda ok alþýðu eiðr.

Tit. VI: aulæ magistrorum & baronum juramenti formula.
- - *VII: colonorum et vulgi homagii præstandi formula.*

Mannhelgi.

Kap. I [1]: Um víg ok bætr.
— II: um útlegð veganda.
— III: um landsvist mannsbana.
— IV: um skemdarvíg ok níðingsverk.
— V: um óbótamál.
— VI: um ósiðu.
— VII: um óðs manns víg.
— VIII: um víg karlmanna ok kvenna.
— IX: um konur, er maðr a vígt um.
— X: um friðhelga menn.
— XI: um þá eigi vilja vitni bera.
— XII: ef maðr er særðr á þingum.
— XIII: um víglýsing.
— XIV: um flótta þess annan særir.
— XV: ef maðr lýstr mann [2].
— XVI: ef maðr kemr a þing blár eða blóðugr [3].
— XVII: um örvar ok örvaþing.
— XVIII: um örvarþingsför þess fyri sök er hafðr.
— XIX: um þann ei er til þings færr.
— XX: um skírskotat vitni.

Jus personale.

Tit. I: de homicidio et multis.
— *II: de exilio percussoris.*
— *III: de commoratione occisoris in regno.*
— *IV: de cæde nefaria & scelere nefando.*
— *V: de scelere inexpiabili.*
— *VI: de pravis consvetudinibus.*
— *VII: de cæde a furioso commissa.*
— *VIII: de virorum vel fœminarum cæde.*
— *IX: de fœminis cæde vindicandis.*
— *X: de hominibus pace (domestica) protectis.*
— *XI: de iis, qui testimonia ferre nolunt.*
— *XII: si quis in comitiis vulneratur.*
— *XIII: de cædis denuntiatione.*
— *XIV: de fuga vulnerantis.*
— *XV: si quis alium verberaverit.*
— *XVI: si quis livescens vel sangvine madens in comitia venerit.*
— *XVII: de sagittis & comitiis sagittariis.*
— *XVIII: de insimulati profectione in comitio sagittaria.*
— *XIX: de eo, qui in comitia pervenire non par est.*
— *XX: de teste antestato.*

---

[1]) *i. e. II; vid. supra p. 18 not. 2.* [2]) um lýsting með heiptugri hendi, *de verberatione manu ira incitata, V.* [3]) um komu blás ok blóðugs á þing, *de apparitione livescentis & sangvine madentis in comitiis, V.*

Kap. XXI: ef manni er með öfund misþyrmt [1].	*Tit. XXI: si quis invidiose male tractatur.*
— XXII: ef maðr bindr frjálsan mann [2].	— *XXII: si quis ingenuum vinxerit.*
— XXIII: um ókvæðisorð.	— *XXIII: de dicteriis nefandis.*
— XXIV: um legorð giptrar konu.	— *XXIV: de stupro uxori illato.*
— XXV: um rógsmenn.	— *XXV: de delatoribus.*
— XXVI: um húsgángsmenn.	— *XXVI: de mendicis circulatoribus.*
— XXVII: um sölu frjáls manns.	— *XXVII: de vendito ingenuo.*
— XXVIII: um vígsbætr.	— *XXVIII: de multis homicidii.*
— XXIX: um váðaverk.	— *XXIX: de damnis casualibus.*
— XXX: um rýtínga burð.	— *XXX: de pugionum portatione.*
— XXXI: um þit.	— *XXXI: de morsu.*
— XXXII: um boðslettur.	— *XXXII: de parasitis.*
— XXXIII: um manndráp.	— *XXXIII: de homicidio.*
— XXXIV: um váttan lögbókar ok dóma [3].	— *XXXIV: de legum codicis constitutione et judicum sententiis.*
— XXXV: um rètt kvenna.	— *XXXV: de fœminarum jure personali.*
— XXXVI: um eiða ok eiðvætti.	— *XXXVI: de juramentis & consacramentalibus.*

Kvenna-giptíngar.

Jus matrimoniale.

Kap. I: Um giptíng dætra.	*Tit. I: de filiarum matrimonio.*
— II: um fèlag hjóna.	— *II: de conjugum communione bonorum.*
— III: um öreiga.	— *III: de egenis.*
— IV: um fjárhald kvenna.	— *IV: de legitima fœminarum tutela.*
— V: um hórdóm konu.	— *V: de adulterio uxoris.*

Erfðatal.

Recensus successionum.

(familia erciscunda).

Kap. I: fyrsta erfð.	*Tit. I: successio prima.*
— II: önnur erfð.	— *II: successio secunda.*

[1]) um öfundar misþyrmsl, *de invidiosa læsione, V.*
[2]) um binding frjáls manns, *de ingenuo vincto, V.*
[3]) ok dóma *om. V.*

Kap. III: þriðja erfð.	*Tit. III: successio tertia.*
— IV: fjórða erfð.	— *IV: successio quarta.*
— V: fimta erfð.	— *V: successio quinta.*
— VI: sètta erfð.	— *VI: successio sexta.*
— VII: sjaunda erfð.	— *VII: successio septima.*
— VIII: átta erfð.	— *VIII: successio octava.*
— IX: níunda erfð.	— *IX: successio nona.*
— X: tíunda erfð.	— *X: successio decima.*
— XI: ellifta erfð.	— *XI: successio undecima.*
— XII: tólfta erfð.	— *XII: successio duodecima.*
— XIII: um víg til arfs.	— *XIII: de cæde pro captanda hæreditate.*
— XIV: um laungetin börn til arfs.	— *XIV: de liberis illigitime natis hæreditati admittendis.*
— XV: þrettánda erfð.	— *XV: successio tredecima.*
— XVI: um arfleiðslu.	— *XVI: de adoptatione.*
— XVII: et frændr [1] deyja allir senn.	— *XVII: si cognati simul moriantur.*
— XVIII: um öndvegis setu.	— *XVIII: de sedis herilis asscensione.*
— XIX: um ómaga eyri ok mála konu.	— *XIX: de bonis pupillaribus et uxori constitutis.*
— XX: um köllun til arfs.	— *XX: de hæreditatis vindicatione.*
— XXI: hvat dóttir skal hafa af móðurarfi.	— *XXI: quid maternæ hæreditatis capiat filia.*
— XXII: um fjárvarðveizlu sjálfs.	— *XXII: de propriorum bonorum cura.*
— XXIII: um arfsókn.	— *XXIII: de petitione hæreditatis.*
— XXIV: um ómaga eyri.	— *XXIV: de bonis pupillaribus.*
— XXV: um ómaga skipti.	— *XXV: de alendorum divisione.*

Landabrigða-bálkr.

Sectio de fundis reluendis.

Kap. I: Um landabrigði.	*Tit. I: de reluitione fundorum.*
— II: um lands sölu.	— *II: de venditione fundi.*
— III: um sölu fyri fardaga.	— *III: de (fundi) venditione ante dies migrationum facta.*

[1]) cf frændr *om. V.*

Kap. IV: um kvenna sölu.	*Tit. IV: de venditione fœminarum.*
— V: um lögmála.	— *V: de pacto protimiseos legali.*
— VI: um lögveð.	— *VI: de legali pacto pignoris.*
— VII: nm sölu málalands.	— *VII: de venditione fundi jure protimiseos obstricti.*
— VIII: um sölu annars málalands.	— *VIII: de venditione fundi jure protimiseos alicui obstricti.*
— IX: um próventu gjöf.	— *IX: de contractu alimoniæ.*
— X: um leigujörð.	— *X: de prædio conducto.*
— XI: um ábúð jarðar.	— *XI: de fundi inhabitatione.*
— XII: hvat eptir skal a jörðu vera.	— *XII: quid fundum relictum sequatur.*
— XIII: um beit leiglendíngs.	— *XIII: de jure pasturæ colono conducti-tio competente.*
— XIV: um brigðan leigumála.	— *XIV: de violatione contractus de loca-tione conductione fundi.*
— XV: um ólögliga jarðar ábúð.	— *XV: de illegali fundi inhabitatione.*
— XVI: ef II mönnum er bygt land [1].	— *XVI: si fundus duobus simul elocatur.*
— XVII: ef eigandi heldr ei bygging.	— *XVII: si dominus fundi elocationis con-ditionibus non steterit.*
— XVIII: um leiguliða skipti.	— *XVIII: de fundi distributione inter co-lonos conductitios.*
— XIX: um götur ok garða hlið [2].	— *XIX: de semitis & portis sepimenti.*
— XX: um garðbrjót.	— *XX: de sepimenti destructore.*
— XXI: um fè, er or afrètt gengr.	— *XXI: de pecoribus e tesquis compascui-palantibus.*
— XXII: um merkigarð.	— *XXII: de sepimento terminali.*
— XXIII: um garðshlið.	— *XXIII: de portis sepimenti.*
— XXIV: um veiðivötn.	— *XXIV: de aquis piscosis.*
— XXV: um sætr.	— *XXV: de æstivis.*
— XXVI: um landamerki.	— *XXVI: de terminis fundorum.*
— XXVII: um eign á annars landi.	— *XXVII: de servitute prædiali.*
— XXVIII: um landnám.	— *XXVIII: de multa ob fundum injus-usurpatum.*
— XXIX: um almenninga.	— *XXIX: de litore communi.*

[1]) um þat þá tveimr er bygt, *de eo si fundus duobus elocatur, V.* [2]) túnhá, *gramen renatum, add.*

Kaupa-bálkr.

Kap. I: Um fjár attektir.
— II: um gögn ok vitni.
— III: um laga stefnur.
— IV: um vitafè ok atför.
— V: um vitaskuld.
— VI: um dauðs manns skuld [1].
— VII: um hèraðs sókn.
— VIII: um sóknar stöðu.
— IX: hver kaup haldast skulu.
— X: um handsöluð mál.
— XI: um leigu peníng.
— XII: um fúlgu fè.
— XIII: um skuldakú.
— XIV: um ósèn kaup.
— XV: um sölu á því tveir eiga.
— XVI: um lánsfè.
— XVII: um veðlagðan hlut.
— XVIII: um heimtíng skuldar [2].
— XIX: um verkamanna kaup.
— XX: um fartekju ok skiphleðslu [3].
— XXI: um veðfè.

Sectio de commerciis.

Tit. I: de occupatione bonorum.
— *II: de instrumentis & testibus.*
— *III: de legali citatione.*
— *IV: de debitis testificatis & immissione.*
— *V: de debito testificato.*
— *VI: de debitis demortui.*
— *VII: de actione in tribu.*
— *VIII: de actionis circumstantiis.*
— *IX: quænam emtiones venditiones ratæ valeant.*
— *X: de stipulationibus per dextræ junctionem.*
— *XI: de pecoribus conductis.*
— *XII: de pecoribus depositis.*
— *XIII: de vacca solvenda.*
— *XIV: de rei absentis emtione.*
— *XV: de venditione rei in codominio.*
— *XVI: de rebus commodatis.*
— *XVII: de re oppignorata.*
— *XVIII: de debiti exactione.*
— *XIX: de manupretio operariorum.*
— *XX: de vectura stipulata et nave oneranda.*
— *XXI: de pecuniis sponsioni propositis.*

Þjófa-bálkr.

Kap. I: Um eyris stuld ok meira.
— II: hversu með þjóf skal höndla [4].
— III: ef þýfi finst hjá manni [5].

Sectio de furtis.

Tit. I: de furto unius unciæ vel maius.
— *II: fur quomodo tractandus.*
— *III: res furtivæ si apud aliquem inveniuntur.*

---

[1]) um skuld látins manns *V.* [2]) skuldheimting *V.* [3]) um skipsfar ok hlöðslu *V.* [4]) um þjóf fundinn með fóla, *de fure cum rebus furtivis invento, V.* [5]) um, finnist stolit hjá manni *V.*

Kap. IV: um áburð stuldar.	*Tit. IV: de insimulatione furti.*
— V: um stolit fè.	— *V: de rebus furtivis.*
— VI: ef maðr kennir þjófstolit fè [1].	— *VI: siquis res furtim ablatas agnoverit.*
— VII: ef maðr finnr þjófstolit fè [2].	— *VII: siquis res furtivas invenerit.*
— VIII: ef maðr legst undir fènað.	— *VII: siquis pecora lactantia sugaverit.*
— IX: um tylftar eið.	— *IX: de dodecadis juramento.*
— X: um sèttar eið.	— *X: de sevirali juramento.*
— XI: um lýrittar eið.	— *XI: de triumvirali juramento.*

[1]) um þekking þjófstolins fjár, *de rerum furtivarum agnitione, V.*

[2]) um fund a þjófstolnu, *de rerum furtivarum inventione, V.*

Þingfarar-bálkr.*

Capituli I.

I nafni foðor oc sunar oc andans helga, scolo vær logðing vart[1] eiga at Öxar a i þingstað rættum, a XII manaðom hueriom, oc koma þar a Petrs messo aptan[a]. Þar sculo aller hittaz forfalla laust, þeir sem[2] til ero nefnder. En valldz maðr scal nefnt hava firi pasker til þings sua marga menn or þingi[b] huerio, sem her[3] vattar, æða hans loglegr umboðs maðr, oc [nef(na) þa menn,[4] ær foruerks menn eigo oc þæim þikker[5] vænir til scila, sua at þeir megi þat með æiði sanna. Æn þann æið sculo þeir sueria

Sectio de profectione comitiali.

Titulus I.

In nomine patris, filii & spiritus sancti, comitia nostra generalia quotannis habeamus, ad amnem Öxara, in justo comitiorum loco, ubi in vespera vigiliæ Petri (Apostoli) appareamus. Hic omnes denominati, impedimento non præpediti, conveniant. Ante festum Paschatos toparcha, (vel ipse) vel justus ejus mandatarius, e quâvis toparchiâ tot denominet viros, qui in comitiis appareant, quot hic (postea) definitur. Eos denominent, qui & villicos habent, & ex eorum jurejurando probanda sententia, ad justa

*) *Nec præsentem, nec subsequentem sectionem Apographa A. T. F. nec Th. habent; X utrasque, aliunde desumtas, legum fini subjungit. Jus personale* (Mannhelgi) *in his quinque Apographis primarium est.*
Inscriptio "þingfararbálkr" in cod. membr. non adest, et numerum capitum secunda manus ibi addidit. Quæ ex margine codicis interdum allata sunt, eâdem, vel certe ejusdem ætatis manu sunt adscripta.

1) vart *mbr. in margine; omittunt V.* X. þ. *Sch.* 2) sem *om. Sch.* 3) hann, *ille, V.* 4) nefnda menn *V. sine sensu.* 5) þikia *V, sensu eodem.*

---

a) *Hic festum apostolorum Petri & Pauli indigitatur, quod incidit in diem Junii* 29^um^; *non vero festum Petri cathedrale, nec festum Petri apostoli in vincula conjecti, hoc calendis Augustis, illud octavo vel nono ante calendas Martias celebrandum. Festum Petri & Pauli simpliciter dicitur* Petursmessa *in jure eccl. legg. Gul. tam Hac. Adalst. Cap.* 16, *quam H. H. vel M. Legg. Reform. Cap.* 24. *Paus, I. p.* 222. *Hoc festum inter* nónhelgar *numeratur a Papistis, unde* aptan *hic non vesperam ipsius festi, sed diei præcedentis indicat, festa enim incipiebant ab initio horæ quartæ pomeridianæ diei præcedentis. Cæterum comitia generalia Islandorum, a prima institutione ad annum Christi* 999, *incipiebant novem æstatis hebdomadibus peractis. Inde ad finem Reipublicæ unica hebdomade serius initium ceperunt. A Jarnsidæ temporibus, ad annum usque* 1700, *initium comitiorum ad festum Petri & Pauli terminabatur. Inde usque ad annum* 1753, *die* 8^vo^ *Julii sev festo Sanctorum Seliensium incipiebant, cum demum Regia constitutione* 25 *Jan.* 1754 *ad* 3^um^ *Julii diem sunt relata. cfr. Rimbegl. pagg.* 42, 78, 180, 432. *Sched. Arii Polyh. p.* 7. *Arnesens isl. Retterg. p.* 446.

b) *Toparchiæ sev jurisdictiones enumerantur tit. sequenti. Fere totidem fuerunt temporibus Reipublicæ cfr.* Lögrettu þátt *in Gragasa.*

fyrstan søran dag, ær þeir koma til þings, með þessom æið staf: at hann leggr þess hond a helga bok, oc þui skytr hann til guðs, at þa menn hever hann nefnda til alþingis at þui sinni, er honom þotte vel fal(l)ner til, [oc væner til[1] scila, epter sinne samvitzko, oc æigi gerðe hann fire annarra manna saker, oc sua skal æc iafnan gera, meðan ec høfe þetta starf. Þenna æið þarf æng[2] optarr at sueria, en of sinn.[3]

persolvenda maxime sunt idonei. Primo, in comitia postquam deveniunt, die juridico, juramentum præstare debent (denominantes), his verbis conceptum: ideo manum sancto impono libro, et Deum antestor, me hac vice in comitia habenda eos denominasse viros, quos, ex mea conscientia, maxime idoneos & ad justa persolvenda maxime probabiles habeo. Aliorum respectu ita nequaquam feci; et hoc denominandi officium quamdiu mihi incumbit, itidem faciam. Unicâ vice sæpius hoc jusjurandum præstare nemo tenetur.

Capituli II.

Nu skal valldz maðr nefna VI menn or Mula þingi, VI or Skaptar fellz þinge, XV or Rang ar þinge, XX or Arnes þinge, XV or Kialarnes þinge, XV or Þuerar þinge, XII or Þorsnes þinge, VIII or Þorskafiarþar þinge, X or Hunavaz þinge, XV or Hegranes þinge, XII or Voðla þinge, VI[4] or Eyiar þinge. Nefndar menn skulo taka kostnað sinn af þingfarar kaupom. En huerr sem þat gelldr æigi, sem nefndar monnom ær ætlat, er sekr sliko sem sa er nefndr er, oc ferr[5] æigi forfalla laust. Valldz menn aller[6] ero skyllder at koma til alþingis, æða skilriker umboðs menn þeirra. En ef þeir koma eigi forfalla laust, sege logmaðr þæim ænge[7] log þa XII man-

Titulus II.

Toparcha e toparchia Mulensi sex denominet viros, e Skaptarfellensi sex, e Rangarensi quindecim, ex Arnesensi viginti, e Kialarnesensi quindecim, e Thveraensi quindecim, e Thornesensi duodecim, e Thorskafiardensi octo, e Hunavatnensi decem, e Hegranesensi quindecim, e Vadlensi duodecim, ex Eyensi sex. Denominati e profectionis comitialis mercede sumtum suum referant. Quicunque in denominatorum usum quod constituitur non persolverit, eodem tenetur reatu ac ille, qui denominatus quidem, & impedimentis haud præpeditus, (in comitia) tamen proficisci supersedit. Toparchæ omnes in comitiis generalibus apparere tenentur, (vel ipsi) vel justi eorum mandatarii. Qui, haud impediti,

[1]) oc væner til *om. V. X. þ. Sch. quod in marg. codicis est appositum.* [2]) ei, *non, V.* [3]) um sinn *V. sensu eodem, sed ad hodiernum sermonem magis accommodatum*; om sinn *Sch.* [4]) *VII, septem, V.* [5]) faur, *V. quod absurdum.* [6]) aller *om. V.* [7]) eigi, *non, V. sensu eodem*; eingi *Sch.*

aðe, oc þat framar,[a] sem valldz monnom virðez saker þeirra til. Koma skolo oc XII skynsamer lærðer menn til alþingis, þeir[1] sem byscopar lata til nefna, fiora norðan oc fiora sunnan, tua austan oc tua vestan. En þeir sem æigi koma forfalla laust, missi reiðu sinnar af laundom hina næsto XII manaðe. Nu æpter þui sem aðr er nefnt, þa skulo þesser menn aller komner til þings vera firi[2] Petrs messo, oc skal þa logmaðr þar firer vera, forfalla laust. En huerr nefndar maðr ær siðar kemr til alþingis, en særi ero flutt,[b] nauðsynia laust, ær sekr III morkom,[3] oc æigo logrætto menn þessar nauðsyniar at virða. Nu ef valldz maðr æða hans umboðs maðr nefner æige sua menn til þings, sem fyrer[4] var sagt, þa ero þeir seker III morkom fire hvern þann, sem unefndr[5] er.

si non apparuerint, nomophylax per annum vertentem jura ne dicat absentibus, (qui) vel ulterius (sunt puniendi) ex toparcharum de contumacis causa æstimatione. Viri insuper duodecim, sapientia & doctrina clari (i: clerici), & ab episcopis denominati, in comitiis generalibus appareant; quatuor nempe e boreali, quatuor ex australi, duo ex orientali & duo ex occidentali insulæ parte. Qui si, impedimentis non detenti, domi tamen remanserint, reditibus e fundis (publicis) iis debitis per annum vertentem priventur. Hi omnes, ex antea præscriptis, ante festum Petri in comitia perveniant, ubi nomophylax, si non impeditus fuerit, adsit. Si quis denominatorum primum juramentis prolatis in comitiis generalibus apparuerit, necessitatibus non præpeditus, trium marcarum multam luat. Impedimenta assessores dicasterii æstiment. Toparcha ejusve mandatarius, si juxta antea præscripta non denominaverit foripetas, per quemcunque non denominatum trium marcarum multa tenetur.

[1]) þeir *om. St.* [2]) firi *om.* þ. *Sch.* [3]) IIII morkum, *quatuor marcarum*, þ. [4]) fyrr, *prius*, *V. X.* þ. [5]) nefndr *V. St., sed male.*

---

a) oc þat framar. *Hoc duplici modo intelligi potest: vel arbitrariam pœnam pecuniariam toparchis non apparentibus insuper imponendam esse; vel eos ultra annum vertentem quasi exleges esse debere. Posteriori modo Arnesen hunc locum intellexisse videtur (Arnes. isl. Retterg. pag. 452) sed, ut opinor, minus recte; haud enim probabile toparcham justitia frui non posse in proximis vel pluribus comitiis, si tum justo tempore apparuerit, ea de causa, quod anno præcedente non stato adfuerit momento.*

b) en særi ero flutt, *juramenta scilicet scabinorum, de quibus titulo sequenti.*

Huervetna þess[a] er þingmenn verða vitter[1] a alþinge, þa a þat fe halft umboðs maðr konongs,[b] en halft þingmenn aller. Þat fe[c] skal sa sialfr ræiða, er sakaðr er, eða hans umboðs maðr. Vilia þeir æigi reiða, þa skal valldz maðr hverr ræiða or sinu vallde, oc taka af þæim hæima, ær ræiða eigo, halvo mæira. En þetta fe skal leggiaz til þeirra luta, sem valldz monnum með logmannz raðe þike mest[2] nauðsyn til bera þa XII manaðe.

Multæ, foripetis in comitiis generalibus injunctæ, partem dimidiam capiat Regius procurator, dimidiam omnes foripetæ. Reus vel ipse vel ejus mandatarius pecunias multaticias expendere debet, qui si recusaverint, toparcha quivis pro sua toparchia expendat, et duplo adauctam domi a reo exigat multam. Pecuniæ multaticiæ negotiis insumentur per annum vertentem maxime necessariis, ex toparcharum, nomophylacis consilio moderata, sententia.

Capituli III.[d]

Þat er nu þui nęst at segia, at logmaðr skal lata gera vebond a alþinge sua við,[3] at þeir have rum fire innan at sitia, sem i logrætto ero nefnder. En logmaðr oc valldz menn skolo nefna menn i logrætto III or þinge hverio[e]. En þeir menn, sem i logrætto ero nefnder, skolo æið sueria aðr þeir gange i logrætto, með þæimma[4]

Titulus III.

Subsequitur constitutio, qua definitur, nomophylacem vincula sacrosancta in comitiis generalibus instituenda curare debere, tantæ capacitatis, ut in dicasterium delecti intus sedendi habeant facultatem. Nomophylax & toparchæ in dicasterium tres e quavis toparchia eligant viros. Qui in dicasterium selecti, sedes suas priusquam occupant, juramentum præ-

1) villtir, *Sch. male.* 2) næst mest, *fere maxime, V.* 3) sva rum og við, *tantæ laxitatis & capacitatis, V.* 4) þeim þ. þenna *St.* þennan *V.; sed omnia minus antique.*

---

a) Hvervetna þess *&c. Hæc e H. A. Legg. Gul., apud Paus Pag.* 8., *desumta videntur, ubi tamen multa in totum foripetis non Regi cedit.*

b) umboðs maðr konongs. *P. Vidalinus contendit* umboðsmaðr konongs *et* valdsmaðr *esse synonyma, quod in Jarnsida tamen mihi dubium videtur. cfr. p.* 9. *not. b.*

H. A. Legg. Gulenses ibi (pag. 18) *habent* konongs *ubi Jarnsida habet* konongs umboðsmaðr, *quod in Jarnsida satrapam regium vel summum insulæ præfectum denotare opinor.*

c) þat fe. *Si* umboðsmaðr konongs *et* valdsmaðr *idem fuerit, hoc tantum intelligendum est de dimidia parte multæ, qvæ foripetis fuerat assignanda, non enim toparcha ea expendere obligatus fuit, quæ ei propria fuerunt.*

d) *Cum hoc titulo cfr. H. H. legg. Frost. p.* 14., *ubi* vebönd *etiam nominantur, quæ quomodo tempore Haconis Adalstenii et postea in Norvegia instituta et facta fuissent legitur in Hist. Egilli Skallagr. Cap.* 57.

e) *cfr. quæ in indice vocum sub* nefndarmaðr *annotavi.*

æiðstaf, at hann skal sua [1] hvert mal dæma, sem guð læir hanom framarst vit til iamnan sem er i [2] logrætto nefndr.

Nu skulo þeir dæma log um oll mal, þau sem þar ero loglega fram borin, þviat með [a] logom skal land vart byggia, en æige [3] ologom æyða. En sa er æigi vil oðrom laga unna, hann skal æige laga niota.

Þau mal skal fyrst dæma er til alþingis ero logð, oc stærst ero; eptir þat þau er þanneg ero stefnd; siðan þau er þar verðr a sæz oc smæst ero.

Nu þat allt ær logbok skilr æige, þa skal þat af hverio male hava, er logrætto menn verða a eitt satter, oc þæim þikker rættast fire guðe. En hverr sa er þa doma ryfr, er þar verða dæmðer, þa sekiz hann V morkom við konong, en XVIII aurom við sakar abera.

Sua hverr sa [4] maðr, er setz innan vebanda at uleyfi logrætto manna, er sekr XII [5] aurum.

Nu skulo aller menn ganga til logrætto, þa er logmaðr lætr ringia [b] myklo

stent, ejus sententiæ, ut polliceatur quisque, se, qua dicasterii assessorem, quamcunque causam ita semper judicaturum, ut cognitio ei a Deo concessa suppetit.

Hi de quacunque causa, juste prolata, jus dicere debent. Legibus enim terra nostra est moderanda ne per injustitiam devastetur. Æquum & justum alteri præstare recusans, ipse legum beneficio ne fruatur.

Judicum sententiæ primum submittentur causæ, quæ ad comitia generalia instructæ & maximi momenti sunt, deinde quæ eo primum citantur, et demum causæ minimæ, et ad reconciliationem spectantes.

Ubi codex legum in aliqua causa controversiam non discernit, id tantum valeat, in quod omnes dicasterii assessores consentiunt, et Deo coram justum & æquum agnoscunt. Qui sententias ibi latas violat, quinque marcarum multam Regi, sed octodecim unciarum agenti expendat.

Intra vincula sacrosancta, sine dicasterii assessorum venia, resedens, duodecim unciarum multa tenetur.

Cum nomophylax campana magna signum dare facit, dicasterium ineant omnes, ibique

[1]) eins um *V., eod. s. dicast. denominatur.* [2]) *V & X commate post* til *posito, legunt:* iafnan sem hann er i *&c. quoties in* [3]) *præpos.* með *add. X.* [4]) sa *om. V.* [5]) *VII, septem,* þ. *Sch.*

a) þviat með *&c. Hæ paroemiæ juris, vel si mavis sententiæ, etiam leguntur in H. H. legg. Frost. p.* 17 *(Paus). Nialum, circa annum millesimum, in comitiis generalibus Islandorum eandem sententiam in ore habuisse, ejus testatur historia, cap.* 71.

b) *Hic conferenda quæ in indice vocum sub* klukka *annotavi. Fieri etiam potest hæc e legg. Frost. H. H. pagg.* 15 *&* 16 *desumta esse, ibi enim campana magna nominatur, pulsanda cum sacerdos legum codicem ferens in forum devenire parat.*

klokko, oc sitia sua lengi sem hann vil þing hava. En þeir sæm æigi koma til logrætto, sem mælt ær, eigi hann enga uppreist [1] sins mals a þæim degi. Menn skulo ganga or logrætto nauðsynia eyrendis, oc koma þegar aftr. En ef hann gengr oðro vis or logrætto, en nu er skilit, þa er hann sekr XII aurom.

sedeant, ille quamdiu conventum habendum indicit. Iis, qui dicasterium ex jamjam præscriptis non intrant, causas suas eodem die agere haud liceat. Ad necessaria sua peragenda dicasterio exire conceditur, sed exeuntes illico redeant. Si quis aliter, quam hic constituitur, exierit, duodecim unciarum multam luat.

Capituli IV.

Aller menn, þeir [2] sem i alþingis for ero, skulo i griðom vera hverr við annan, þar til ær [3] þeir koma aptr til heimilis sins. En ef einn hverr gengr a þessi grið, þa hever hann fire gort fe oc friðe sinom við alla menn. En [4] ef menn verða særðer a alþinge, æða fa æinn hvern annan olut af manna volldom oc vilia, þa eykz rættr þeirra at helminge. Sua oc ef [a] menn bera vapn a alþinge, þa sekiazt þeir III morkom, oc late vapnin. Þui at i ollom stoðom hæfer at gæta spectar oc siðseməðar, en þo [einkanlega i ðæim [5] stǫðom mest,

Titulus IV.

Omnes in comitia generalia tendentes, pace & securitate invicem fruantur, ad propria donec redeunt domicilia. Si quis hanc generalem violaverit pacem, & bona sua & vitalem securitatem ubique committat. Eorum, qui in comitiis generalibus vel vulnere vel qua alia injuria, alio efficiente & volente, afficiuntur, juris personalis violati satisfactio in duplum adaugeatur. Qui arma in comitiis generalibus gestant, trium marcarum multa sunt puniendi, et arma insuper committant. Ubique enim tranquillitatem & morum honestatem servare necesse est, speciatim tamen & inprimis in locis

[1]) uppreisn *V. cod. s.* [2]) þeir *om. V. Sch.* [3]) til er, *om. V.* [4]) En, *om.* þ. *Sch.* [5]) i doms stoðum, *locis judicii, V.* iðæim stöðum, þ. *M., quod cum textu conspirat. Membr. habet:* iðæim (= i þeim) *una voce, ut semper præpositiones í, á, voci sequenti annectit.*

---

a) Sva oc ef *&c. Hic, in comitiis generalibus, arma gestare prohibitum, sed in titulo subsequenti, ut et sæpius, nominatur* vapnatak utan logretto oc innan, *verbotenus: suffragatio armorum tactione facta & intra et extra dicasterium. Hinc concludendum:* Vapnatak *armis non factum fuisse, sed idem esse ac* þingtak (*S. Chr. III*), *quivis suffragandi modus.* At halda vopnum upp (*J. P. XIX*) *idem est ac:* at taka höndum upp. *Hist. Arn. Episc. pagg.* 66, 96. *Cfr. ea quæ allegata sunt sub* Vopn, *in ind vocum.*

[*Hæc contradictio apparens simplicius ita toll potest; quod primo loco de armis lethiferis serm sit, quæ utique gestare non licuit, secundo de scu tis, quæ secum ferre jure potuerunt, et quoru concussione sive tactione etiam tum ut olim sen tentiam latam et placita comprobare solebant.*]

sem til skynsemðar oc spectar ero skipaðer at ondverðo, oc flestom verðr scaðe at, ef nokot skers i.[1]

principaliter sapientiæ & tranquillitati sacratis, in quibus si quid violenter actum fuerit plurimi inde referunt damnum.

Capituli V.

Nu ef maðr ryfr þann dom ær dæmðr er a alþinge, oc vapna tak er at att innan logratto oc utan, þa sekkiz hann V morkom við konongs umboðs mann, en XVIII aurum við sakar abera.

Sua er oc mælt,[a] at valldz menn skulo þing æiga æpter alþinge a læiðom, oc lysa firer monnom þui sæm talat var a alþinge, æinkanlega huat alyct a þeirra mal fell,[2] er or hans vallde ero. En ef annarr tueggе[b] fryr a sitt mal, þa er heim[3] kemr i herað, oc kallar rangt upp borit, þa scal þo æigi brigða domi secta laust, en hann ma stefna it næsta ar

Titulus V.

Sententiam in comitiis generalibus latam, armisque & intra & extra dicasterium sumtis comprobatam violans, quinque marcarum multam expendat Regio procuratori; uncias octodecim agenti.

Legibus porro cautum est, toparchas, comitiis generalibus peractis, et domum reduces, conventum habere debere; ubi, quod in comitiis generalibus agebatur, promulgent, inprimis sententias de causis, ex eorum toparchia oriundis, latas. Si partium alteruter, in tribum cum deventum sit, latam sententiam improbare voluerit, causam suam false prolatam asserens, sententiam tamen impune violare haud

[1]) i *om. Sch.* [2]) hvat aligtaðest a þeirra manna malaferle *V. eod. s.* [3]) hann *interponit V.*

---

a) Sva er mælt *&c. Conventus promulgatorius* leiðarþing *a primis inde temporibus in Islandia habebatur, sed in legibus Norvegorum antiquissimis hujus instituti vestigium non occurrit, unde conjicio Haconem Hac. hæc e Gragasa commodasse, Magnumque ejus filium simile quid suis legibus inseruisse. Vide ejus leges Gul. Thfb. Cap. 5., ejusd. jura munic. Berg. & Throndhem. Thingb. Cap. 5. Jonsb. Thingfb. Cap. 7. Sed neque his locis conventus promulgatorius, nec in Grag. Thskþ. Cap. 41* Leiðarþing *ad certum diem definitur, unde contendo, prætorum et serius toparcharum voluntati relictum fuisse, diem ad hunc conventum habendum eligere, intra terminum legibus præfinitum. Contrarium non eo probatur, quod* Leiðarþing *in Gragasa dicta sint* skapþing, *hoc enim nihil aliud est quam comitia legalia, legibus instituta, quamvis non in certum diem indicta. Non minus juste et legibus convenienter habebantur in primo quam in ultimo die termini præfiniti, unde jus eccl. Thorl. Ket. Cap.* 15 *nihil probat in partem contrariam, hinc tamen inferunt* Leið *semper habitam fuisse die dominica in decima nona æstatis hebdomade. L. c. dicitur* „lögleiþar þeirrar er verðr", *quasi* lögleið *aliis temporibus etiam fuerit possibilis, quod et sequitur a loco Gragasæ citato.*

b) En ef annarr tvegge *&c. Hæc sequentia conveniunt H. H. legg. Frost. pagg.* 71 *&* 72 *apud Paus. cfr. Jonsb. Thingfb. Cap.* 6.

epter til alþingis, oc have þa huartuegge mal sitt uppe. En ef með sama hætte er sem fyrr, þa have hinn[1] kostnað sinn aukinn halfo af hinom er hann eflde[2] til rangs mals, oc sæke þat sem aðrar fiarsokner. Provaz oc sua, at hinn hever rangt flutt fire logrættu monnom, er fyrre dæmðez malit, oc dæmt þa hinom, þa take sa kostnað sinn halvo aukenn, oc sæke sem aðr vattar, oc sua skal huervitna þar sem menn verða aflaga sotter, at logmaðr oc aðrer skynsamer menn sia, at hiner se ranglega sotter, oc til laga stefnder.

liceat, sed in comitia generalia anni subsequentis diem dicat parti adversæ, ubi utraque pars litigans causam renovet. Quodsi judices eandem ac antea tulerint sententiam, (citatus) sumptum suum in duplum adauctum referat ab eo, qui injusta eum infestavit actione, et hos sumptus pecuniæ constitutæ actione exigat. Si probatum fuerit, eum, qui prima vice in causa evasit superior, mala fide scabinis coram causam prius egisse, unde alter vice secunda evadit superior, hic sumptus duplices referat, & ut antea definitum, de eo agat. Idem ubique obtineat, si qui injusta actione lacessuntur, ita ut nomophylax & viri sapientes eos dolosa actione infestatos & in jus vocatos sentiant.

Capituli VI.[a]

Alla þa doma er um viga ferðer ero setter, eða um þeirra[3] kuenna legorð, er menn æiga vigt um at logom, þa scal þa[4] alla með logom sækia,[b] oc með griðom til fyrsta sals. En sa er ryfr dom logsamðan fire sal, eða at fyrstom salum, nauðsynia laust, þa gingr sa a grið sin oc er trygrove, oc hever fire gort fe oc friðe.

Titulus VI.

Omnes de homicidiis, ut & de stupris fœminarum, e legum venia cæde vindicandis, latæ sententiæ, legali modo consummandæ sunt, ad primum solvendi terminum, vitali securitate reo concessa. Qui sententiam, legali modo latam, nulla adactus necessitate violat, vel primus solvendi terminus priusquam apparet, vel eo instante: ille pacem stipulatam turbat, & qui fœdifragus bona sua & vitalem securitatem committit.

[1]) hann, *ille, V.* [2]) yfði *St.* þ.; ylfði *E. quod vide in indice.* [3]) þeirra *om. X.* þ. *Sch.*; *mbr. in margine.* [4]) þa *om. Sch.*

a) *Cum hoc titulo confer. H. H. legg. Frost. pag.* 71; *H. A. legg. Gul. p.* 47; *Jonsb. Thfb. Cap.* 8; *Chr.* 4*ti legg. Norv. Thfb. Cap.* 8.

b) með logom sækia. *Hæc ad executionem latæ sententiæ, non ad renovationem actionis spectare opinor.*

En þær ero nauðsyniar, er maðr er siukr æða sarr, eða einhveriar þær[1] nauðsyniar koma i eindaga.

En sal þat it fyrsta skal fram koma innan þess manaðar, oc flytia hæim til hans, oc se boðit með vatta tua, en[2] hinn take þar við, eða umboðsmaðr hans, nema sa vile inndælla[3] gera honom er taka a sal.[4]

En um oll mal, er menn setia logdoma meðal manna, þa sekz sa XVIII aurum við sakar abera, er ryfr, oc hallda dom sem aðr, en við konongs[5] umboðs mann V morkom[a], oc sæki hann æða valldz maðr[b] hvarum tueggia til handa, oc take hinn fyrst sculld sina upp, sua[6] sem domr dæmðe, en sekt huarstueggia[7] se siðan skipt epter fiar magni. En ef hann vil eigi dom hallda, þa sculo valldzmenn hanom[8] þing stefna, oc gera hann vtlægan, nema hann giallde[9] slikt sæm nu er talt.

Þat er nu oc,[c] ef maðr fær eigi rættende sin[10] i bygðom heima, eða

Impedimenta (legalia) sunt, si quis vel morbo vel vulneribus vel qua alia necessitate in peremtorio solvendi termino laboraverit.

Solutio prima perficiatur intra mensem (a lata sententia) consummatum, et pecuniæ solvendæ, ad domum (agentis) delatæ, duobus testibus coram obferantur, ubi hic vel ipse vel ejus mandatarius accipiat, nisi recepturus solutionem alteri magis facilem reddere voluerit.

In omnibus causis, justis judiciis inter cives decisis, octodecim uncias agenti solvat sententiam rescindens, eaque nihilominus rata stataque maneat, sed in Regium procuratorem quinque marcarum multa tenetur. Utramque multam vel procurator Regius vel toparcha actione exigat. Juxta latam sententiam debitum suum alter primum capiat, sed (violatæ sententiæ) multæ pro rata bonorum residuorum quantitate distribuendæ. Si latam sententiam (reus) nihilominus servare recusaverit, toparcha eum, in jus vocatum, exulem faciat, nisi jam constituta persolverit.

Præterea: si quis vel in tribu, vel nomophylace coram, justum & æquum obtinere non

[1]) *mbr. supra lineam.* [2]) eða, *vel, V.* [3]) eindælla *Sch.* [4]) salit þ. [5]) kg̃s *mbr.* [6]) sva *om. V.*, er dómr dæmdi *Sch.* [7]) enn sekur hvertvegger *V. X.* þ. *Sch. quod absurdum.* [8]) hinom *mbr.* [9]) halldi, *tenuerit V.* [10]) *mbr. supra lineam.*

---

a) V morkom. *Hic et leges H. A. Gul. et H. H. Frost. habent* XV morkom *sed Haco Haconides postea pœnis pecuniariis* 40 *&* 15 *marcarum, regali fisco debitis, duas detraxit partes, novellâ sua constitutione, legibus Frostensibus juniori sed Jarnsidæ forsan antiquiori. cfr. Paus II. p.* 167. *cfr. pag.* 16. *not. a.*

b) Hann eða valldz maðr. *Hic locus mihi probare videtur,* konongs umboðsmaðr *&* valldz maðr *non esse. synonyma, (cfr. pag. not. ..) nisi „eða" hoc loco sit declarativum, non disjunctivum.*

c) Þat er nu oc. *Cum reliquum tituli nec in legg Gul. H. A. nec Frost. H. H. inveniatur, ex verbis initialibus conjicio, id novellam esse constitutionem*

fire logmanni, þa skal hann[1] sakar aberi stefna honom til alþingis, er hann fær eigi rætt af. Oc ef hann hever til þess sannleg vitne, at hann hever [þæim þannig[2] stefnt er mal a við hann, oc þat annat, at mal have[3] þannig faret, sem hann hefer hermt, þa sculo þingmenn dæma þat mal at logfullo, hvart sem þar ero baðer, eða sa einn er fram berr, oc logrætto monnom oc logmanne þikir firi bita, nema hinom banne full nauðsyn er stef(nt) er.

potuerit, agens in comitia generalia citet reum, justa ei denegantem. Ille si testibus idoneis comprobare potuerit, se adversarium suum eo citasse, controversiamque, ut prætendit, decisam fuisse, foripetæ irrevocabili sententiâ causam judicent, sive pars utraque, sive agens tantum, ex scabinorum et nomophylacis sententia jure potior, adfuerit, nisi in jus vocatum justa impedimenta retinuerint.

Kristindoms-bálkr.*

Sectio Christianismi.

(Jus ecclesiasticum.)

Capituli I.

Titulus I.

[a] Þat er upphaf laga varra Islendinga, sem upphaf er allra goðra luta, at ver skulom hava oc hallda kristelega tru. Vær skulom trua a guð faður[4] almatkan[5]

Initium est legum nostrarum, qui Islandi appellamur, quod & initium erit omnium bonarum rerum, ut religionem christianam profiteamur servemusque. Credamus in Deum

[1]) hans, *ejus*, *St.*; hann *om. Sch. et legit* sakaráberari. [2]) þangat *V. sensu eod.*; þannic *Sch.* [3]) þæim þannig — mal have *om.* þ.

*) *Hanc sectionem A & Th. F. T. omnino omittunt, ut & præcedentem, sed X utrasque, aliunde desumtas, cum aliis additamentis fini legis subjungit. Inscriptio in membr. deest. Numerum capitum secunda manus addidit.*

[4]) faʀður *om. V. X.* [5]) almattugan *V. sens. eod.*

a) *Cum neque titulus præsens nec subsequentes inveniantur in legg. H. H. Frostensibus, neque in legg. H. A. Gulensibus, Haconem Haconidem hæc primum in Jarnsidam intulisse opinor, et Olai Regis sancti leges secutum esse. Hinc Magnus Legg. Reform. et confessionem christianam et leges successorias suis intulit legibus: primo in jus munic. Throndhem. et deinde in ejus jus aulicum, jus munic. Berg. &c. Jus municipale Throndhem.: inter primas Magni leges refero, inductus verbis ipsius legislatoris in præfatione ad jus munic. Throndhem.:* at ver höfom i hyggio, *quod innuere videtur, cæteras ejus legum emendationes, hâc edita, nondum publici juris factas fuisse. Rex Haco aperte dicitur (hujus sect. tit. 3.) leges regni successorias condidisse, juxta Olai Sancti leges, Magnumque Haconis filium eas tantum publicasse. Hic etiam nominatur Enarus Archiepiscopus, qui sub Hacone*

scapara himens oc iarðar. Vær sculom trua a varn drotten Jesum Krist oc [1] hans einga sun, er getinn er af crapte [2] he(i)lags annda, oc fæddez [3] af Marrio mey, [4] pindr unnder Pilatz vallde, crosfestr, deyddr oc gravenn, for niðr til helvites, at leysa þaðan alla sina menn. Þriðia dag epter er hann var deyddr, reis hann upp af dauða, oc var siðan með lærisve(i)nnom sinom XL daga, fra pasca degi oc til helga þorsdags, oc steig þa til himna upp, oc þaðan scal hann koma a efzta degi þessa heims, at dæma hvern æpter sinom verðleika. [5] Vær skulom trua a helgan anda, at hann er sannr Guð, sem [6] faðer oc sunr, oc þær þriar skilningar er [7]) einn guð. Vær skulom trua a þat allt sem truir oll cristeleg þioð, [8] oc heilagra manna samband, oc heilog kirkia hever samðyct með obrigðelegre staðfesto. Vær skulom trua synðer fire lataz með sanne iðran oc skriptagang með hollde oc bloðe vars drottens, er i messunne [9] helgaz með bænahallde [10] oc olmosu gerðom oc fǫstom oc með ollom oðrom goðom [11] lutum er menn gera, hugsa eða mæla.

unicum, patrem, cœli & terræ conditorem omnipotentem. Credamus in unicum ejus filium dominum nostrum Jesum Christum, qui conceptus est virtute Spiritus sancti, natus a virgine Maria, cruciatus sub imperio Pilati, cruci affixus, necatus & sepultus, descendit in infernum ut omnes suos inde redimeret. Tertia post mortem suam die ex mortuis resurrexit, a quo tempore per quadraginta dies cum discipulis suis conversatus est, a die Paschatos ad sanctum Thoris diem, cum in cœlos ascendit, unde in supremo hujus mundi die veniet ad judicandum unum quemque pro cujuscunque meritis. Credamus in Spiritum sanctum, quod verus sit Deus cum Patre & filio, quæ tres distinctæ essentiæ unicus sunt Deus. In omnia credamus, quæ credunt Christiani, & sanctorum tota communitas, quæ ecclesia sancta sancivit, stabilitate irrevocabili. Credamus peccata remitti per pœnitentiam infucatam & confessionem, cum communione corporis & sanguinis domini nostri, in missa consecrati; per preces & eleemosynas; per jejunia et quæcunque alia quæ quis pie fecerit, cogitaverit vel dixerit.

[1]) oc *om. X.* þ. *Sch.* [2]) i krapti *Sch.* [3]) fæððr *V. cod. sens.* [4]) meyu þ. *Sch.* [5]) verkum oc verðleika, *factis & meritis V.* [6]) sem *om. V.* [7]) ero, *sunt* þ. *Sch.* [8]) oll heilog þioð, *omnes sancti, V.* oll þioð, *omnes, St.* [9]) hámessunni, *missa sanctissima, V.* [10]) með bæna *om. Sch.* [11]) oðrom goðom *om. Sch.*

vixit et primis Magni regnandi annis ɔ: 1264 decessit. Nihilominus Rex Magnus hæc regiæ successionis prima lineamenta, quæ continentur hujus sectionis tit. 4., ulterius suis legibus et exposuit et auxit, cfr. ejus Legg. Gul. & Jonsb. Chrdb.; Jus aul. norv. Cap. 1 seqq.; Jus munic. Throndh. Thingfb. Cap. 7 seqq., ubi videre videor regias successiones magis accommodatas esse ad civilem succedendi ordinem ex Jarnsida et legg. H. H. Frost. quam ex ipsis Magni legibus.

Vær skulom trua at hvers manz likamr, er i er komenn heimenn,[1] eða koma kann til doma dags, skal þa upp risa, oc þaðan af skalo þeir, er illa gera þessa heims, hava enda lausan ufagnat með diǫflenom oc hans englom i helvite; en þeir, sem gott hava gort þessa heims, skulo þa fa oc hava eilivan fagnat með guðe oc ollom helgom i himinriki.

Credamus corpus uniuscujusque hominis, & nati, & ad diem usque supremi judicii nascituri, tum resurrecturum, quo facto illi, qui his in terris mala perpetraverunt, infinitum cum diabolo ejusque angelis in infernis dolorem sustinebunt; qui vero in vivis bona fecerunt, æternis cum Deo sanctisque omnibus in cælorum regno gaudiis sunt fruituri.

Capituli II.

[a] Nv af þui at guðs miskunn ser til þess þorf hversdaglega utolulegs lyðs,[2] oc imis fiolmennis, þa hever hann skipat tueim sinom þionom at vera augsynilega hans umboðs menn um þessa helga tru, oc hans heilagt logmal, goðom monnom til rættinda, en vandom monnom til refsingar oc reinsanar. Ero þeir tueir, annar(r) konongr, en annar(r) byscop, hever konongr af guðe veralldlegt valld til veralldlegra luta, en byscop andlect valld til andlegra luta, oc a hvarr þeirra at styrkia annars valld til rættra luta oc loglegra, oc kannaz við sek, at þeir hava valld oc yfer boð af sialvom guðe, en æigi af ser; oc fyr þui at þeir ero guðs umboðs menn, hins oc annars at þat sia aller, at þeirra ma a enga lund missa, þess

Titulus II.

Divina misericordia cum id innumeris & variis populis quotidie quam maxime necessarium viderit, duos e suis ministris jussit esse visibiles suos procuratores, circa divinam hancce religionem, sanctamque legem, ut bonos jure frui faciant, malos vero castigent & corrigant. Horum duorum unus est Rex, alter episcopus. Rex a Deo nactus est imperium civile, ad res civiles moderandas; episcopus spirituale, ut spiritualibus prospiciat. Unus horum alterius imperium ad justa quævis & æqua obtinenda stabilire debet. Agnoscat uterque sese imperium & eminentiam a Deo non a semetipso obtinuisse. Hi cum Dei ipsius sint procuratores, et, ut omnibus apparet, quam maxime necessarii, et tandem cum ipse Deus eorum nominibus sese vocari dignatus sit: is in magno, quoad Deum

[1]) er her kom i heiminn, *& hic nati, V.* [2]) lyðs *om. Sch.*

---

a) *Quoad hunc titulum et sequentes cfr. M. legg. Gul. Chrdb. Cap.* 2. *Jonsb. Chrdb. Cap.* 2. *Jus municip. Throndhem. Thfb. Cap.* 8.

ins þriðia at sialfr guð virðiz at kalla sek með þeirra nofnom, þa er sa i miklum haska sannlega við guð, er þa styrker eigi með fullkominne ast oc rælo [1] til sins valldz, þess er guð hever þeim til skipat, þar sem þeir bera sua mikla ahyggio firer landz folkino, [2] oc abyrgiaz firi guðe, allra hellzt þar sem login vatta með staðom eða merkiom [3] sua, at hvarke mege hǫfðingiarnir, ef þeir geyma þess, anauðga [4] eða þyngia folkino, oc með of mikille aðyngð, [5] oc at eigi megi favittrir menn synia hofdingionum loglegrar þegnskylldo fire þriozku saker eða skamsynnar [6] uvizku.

periculo sane versatur, qui non infucato amore & reverentia eorum, a Deo concessum imperium promovet & fovet, populi enim salutis cura & ratio Deo reddenda iis incumbit. Leges præterea fixis præfiniunt terminis, nec principibus, si modo id curaverint, licitum esse, populum opprimere, vel nimia exactione vexare; nec fas esse ut homines imperiti, contumacia & improvida vecordia ducti, principibus suis justa subditorum officia denegent.

Capituli III.

[a] Nv af þui at landz folkit a mikla lyðskylldu [7] at væita [8] kononginum, þa veri þat þarflect, at menn varaðiz þa myklo villo þoko er mestr lutr landz þessa hover sua hormulega verit blindaðr af, at i eyngu ande finnaz demi til, þar sem teknir [b] hava (verit) imissir menn, oc kallaðer konongar, ranglega, a mot logom hins helga Olafs konongs, oc aullom þæim rættyndom, er hværr bondi villde una af oðrum um

Titulus III.

Cum cives Regi permulta præstare debeant subditorum officia, pernecessarium erit, ut evitent illam crassam erroris caliginem, qua maxima hujus populi pars tam misere obcæcata fuit, ut nullibi in terris talia inveniantur exempla. Varii enim Regio nomine injuste sunt honorati, contra leges Olai Regis Sancti, et jura nativitate quæsita, quæ rusticus a rustico exigere vellet. Viri generosi sæpe serviverunt iis, qui vix digni erant illorum esse servi. Hodie etiam

[1]) rettlæti, *justitia, V.* [2]) land oc folki, *terræ & populi, V.* [3]) með staðom oc merkiom, *locis & terminis, þ. Sch.*; staddom enðimerkiom *X. St. E. V. X. þ. Sch. sed male.* [4]) nauðga *V. X, þ. Sch. eod. s.* [5]) abyrgð *V.* [6]) upptoku *V. male.* [7]) þegnskyldu *V. eod. s.* [8]) at svara, *persolvere, V.*

---

a) cfr. l. c. et Jus aul. Norv. Cap. 1.

b) þar sem teknir &c. Hæc ad antecedentia Norvegiæ tempora respicit, cum hoc regnum Birkibeinorum, Kuflungorum, Baglorum, Slittungorum & aliorum turbis et seditionibus miserrime vexabatur, de quo Snorronem videsis.

sinar erfðer. Þionat [1] opt vel borner menn þæim, ær varla matto vera knapar þeirra, sæm enn vattar i dag, hvart þeir misto fle(i)ri oðala sinna, [eða hinir, sem þeir kollopo kononga sina][2] oc sua hitt sama um manna missornar.

Nu at menn þurve eigi griplande hende æða læitande epter fara, hverr konongr a rætlega at vera i Noregi, þa se þat kunnict ollom Norðmonnom at Hacon konongr, sun Haconar konongs, sunarsun Suerris konongs staðfeste sua, oc leit i bok setia, a Frosta þinge, huerr at rættom erfðom a at vera Noregs konongr, epter logom hins helga Olafs konongs, með raðe oc samþykke[a] Magnus konongs sunar sins, Æinars ærkibyscops, oc allra annarra lioðbyscopa,[3] lendra manna oc lærðra, stallara oc logmanna oc allra hanndginginna manna þeirra er þa voru i hia, oc allra Frosto þings manna, oc siðan birti þetta Magnus konongr sun hans i ollom lutom landzins a ðingom, oc samðycto þui aller Noregs menn fire sek oc sitt afspringe, með rætto þingtaki, at þessi skipan skal standa þar um ævinlega, sem þa var gor, oc fylger nu her.

probant documenta, quinam plures amisissent fundos avitos, hi vel isti, quos regio salutaverunt nomine. De hominum clade & jactura itidem dici potest.

Ne cives vacillanti manu quærant & hæsitabundi ambigant de justo Norvegiæ Rege, Normannis omnibus notum sit, Haconem Regem, Haconis Regis filium & Sverreri Regis nepotem constituisse, legumque codici in comitiis Frostensibus inseri fecisse, quinam ex justo successionis ordine, et juxta leges Olai Regis sancti justus sit Norvegiæ Rex. (Hanc legem tulit) consilio & consensu Magni Regis filii sui, Enari Archiepiscopi, et omnium episcoporum suffraganeorum, baronum, clericorum, aulæ magistrorum & nomophylacum, omniumque aulicorum, qui præsto fuerunt, necnon foripetarum in comitiis Frostensibus. Magnus Rex ejus filius hanc legem in omnibus imperii comitiis promulgavit, sed omnes Norvegiæ incolæ pro se suisque posteris eam sciverunt, justo & comitiali armorum tactu asseverantes, ut facta & hic subsequens de successione constitutio rata stataque in æternum maneat.

[1]) þionuðo *X. eod. s.* [2]) *uncis inclusa non sunt in membr. et om. V. þ. Sch. In membr. signum quoddam supra lineam invenitur* (°), *quod fortasse omissionem indicare debuit, quamvis omissa nullibi adscripta sint.* [3]) lyðbiskupa *V.*

---

a) cfr. pag. 10 *not. a, et not. ad Mh.* 6.

Capituli IV.

Sa skal konongr vera i Norege er skilgetinn er Noregs konongs sun, hinn ellzte, oðalborenn[1] til landz oc þegna. En ef eigi er skilgetenn sun til, þa skal sa konongs sun konongr vera, þo at hann se eigi skilgetinn. En ef engi er þessara, þa se sa[2] konongr at Noregi er oðalborinn er, oc erfþom er næstr, oc þa af kononganna ættom kominn. Siðan epter fra fall konongs, þa se sialfboðet konongs efni, byscopom ollom oc abotom, hirðstiorum oc logmonnum, með hirð alla, at sækia norðr til hins helga Olafs konongs frænda sins, oc nefni hirðstiora[3] með ser XII hina vittrasto bęnndr or hverio byscops rike, oc se a for innan fyrsta manaðar siðan er þeir spyria konongs liflat. Þa late konongs efni stefna Eyra þing, oc se þar til konongs tekinn, oc sueri þegnom sinom log oc rættynde en þeir honom lond oc þegna. Nu ef nokkor(r) lætr sek oþro viss til konongs taka en nu er mælt, þa hever sa fire gort fe oc friðe, oc i pavans forboðe oc allra heilagra manna, oc æigi kirkio græfr, oc sua hverr[4] er honom fylger til þess.

En ef hirðstiorar eða hirð firi nemaz þessa ferð, þa ero þeir landraða menn við kononginn, nema full nauðsyn banni. Er hverr bonde er nemz[5] þessa ferð, sa er

Titulus IV.

Rex sit Norvegiæ, qui Norvegiæ Regis filius est legitimus & natu maximus, cui avito jure terra & subditi deferuntur. Filius legitimus si defuerit, Regis filius quamvis illegitime natus Rex fiat. His omnibus deficientibus, Regium Norvegiæ imperium devolvitur ad ingenue natum, hæreditati proximum, a prosapie Regia oriundum. Rege demortuo, Princeps Regi successurus omnibus episcopis, abbatibus, aulæ magistris & nomophylacibus, aulicisque stipatus, septemtrionem versus ad propinquum suum Olaum Regem sanctum (in Nidarosiam) ultro tendere tenetur. Magister aulæ duodecim prudentissimos, e quovis episcopatu, secum evocet colonos, qui obitu Regis audito, intra mensem elapsum iter ingredi debent. Princeps deinde in comitia Eyrensia (cives) citet, ubi sese Regem creari faciat, & subditis suis leges & justitiam juret, hi contra ei terram & incolas juramento firment. Si quis alio quam hic præscripto modo in Regem sese eligere fecerit, bona, vitalemque suam securitatem committit, Papæ & omnium sanctorum interdicto damnatus, & ad ædem sacram haud sepeliendus. Omnes itidem eius partes amplexi.

Aulæ magistri, aulicive si iter ingredi supersederint, perduellionis in Regem reatu tenentur, nisi legitima intervenerint impedimenta. Colonus quivis denominatus profectionem neg-

[1]) eðalborinn, *ingenue natus, St.* [2]) sa *om. Sch.* [3]) hirðstiorar *in pl. Sch.* [4]) hann, *ille, V.* [5]) næmiz *V.* nemst þ. *Sch.*

nefndr er,[1] sekr XL marka[a] við konong, en konongr mete nauðsyniar með skynsamra manna raðe. En i[2] þessa for fari hverr a sinom kostnaðe, en konongr inne þæim allan[3] kostnað sinn, er æige hever aðr konongs fe.

ligens, quadraginta marcarum multa, in Regem, tenetur. Impedimenta Rex, sapientum consilio adjutus, æstimet. (Beneficiati) suis sumtibus iter hoc faciant, Rex vero feuda non habentibus sumptum in totum præstet.

Capituli V.

Nv[4] at konongr viti sek þui helldr skylldugan log at hallda við þegna sina, oc um at bæta, þa skal hann[5] þenna æiðstaf hava, þa er hann er til konongs tekinn: þess leg(g) ek hond a þessa helga doma, oc þui skyt ec til guðs, at ek skal þau

Titulus V.

Rex quo magis memoria teneat officium suum leges subditorum & servare & emendare, hi verbis conceptum, cum Rex creatur, jusjuran dum præstet: Eum in finem manum his san ctis impono reliquiis, Deumque testem invoco me christianas leges servaturum, quas Re.

[1]) þa er, *additum in marg. membranæ; tum legendum esset:* en hverr bóndi *&c.* — þá er sekr *quod verosi militer sententia librarii erat.* [2]) i *in membr. supra lineam; om. V.* þ. [3]) ollum, *omnibus,* [4]) En, *sed,* þ. *Sch.* [5]) þeirra eiðstaf, *eorum juramentum St.*, eyðsstað *V. haud bene.*

---

a) XL marka. *Loco respondenti leges Magni locis citt. habent* 8 *ortugas et tredecim marcas argenti, quasi hæc in Jarnsida scripta fuerint, ante constitutionem Hac. Hac. quâ pœnas pecuniarias ad trientem reduxit (Paus. II. pag.* 167.) *quod eatenus mihi difficile intellectu, cum in Thfb. Cap.* 6. *supra quindecim marcarum multa ad quinque marcas juxta constitutionem est reducta (vide pag.* 9 *not. a.). Insectione de furtis tit.* 10 *postea, quadraginta marcarum causæ etiam nominantur, ubi leges Magnæanæ habent octo ortugas et marcas tredecim. Satisfactionem regi ob civem cæsum debitam antiquitus fuisse marcas quadraginta testatur Speculum regale pag.* 253, *et ipse Rex Magnus legg. Gul. Mh. Cap.* 2 *fatetur, Haconem Haconidem hanc satisfactionem ad tredecim marcas et octo ortugas reduxisse. Hoc quomodo explicandum sit non invenio, nisi accipiatur, quod et fere dixerim, Jarnsidam omnino juxta tenorem legum Frostensium ab Hacone concinnatam fuisse, priusquam multas Regi competentes ad trientem reduxit, constituti ne allegata; Haconem eam imperfectam reliquisse Magnum eam emendasse, priusquam in Islandia transmissa fuerit, et ei abstulisse quicquid pert neret ad cædis satisfactionis distributionem in fa milias* (frændbætur), *et quæ repugnaverint seri ribus Haconis legum emendationibus, non tam tam exquisite, ut quodvis hujus vestigium evanuer ut hic* XL merkur *et postea Mh.* 2: þá bæti frænd hans fiorðúngagialdi. *Nihil etiam obstat Ha conem mox post annum* 1247 *Jarnsidam concinnas dam suscepisse, hoc enim anno Thordum Kakalii Islandiæ præfectum suo nomine constituit, tes Sturlungorum historia III. p.* 93, *quamvis lex Islandiam, regio imperio ibi adhæc vacillante, n transmissa fuerit, quod primum anno* 1271 *aliq successu factum esse testantur et Hist. eccles. I II. p.* 5 *et Sturl. hist. IV. pag.* 13. *cfr. not. ad Mh.* 15 *postea, & ad tit. secundum et ad Mh.* 28.

kristin log hallda, er inn helgi Olafr konongr hof, oc aðrer hans rætter æpter komandr hava nu [1] samþykt i millom konongs oc bonda, með hvarratueggio samþykt oc goðra manna raðe, um at bæta epter þui viti sem guð gefr mer.

Olaus sanctus tulit, legitimique ejus successores optimatum consilio comprobaverunt, ut inter Regem & subditos, utriusque partis consensu, valeant. Has leges me emendaturum (polliceor) pro sapientia mihi a Deo concessa.

Capituli VI.

Þa [2] skulo oc lender menn oc hirðstiorar þenna eiðstaf [3] sueria: þess leg(g)iom vær hond [a þessa helga doma [4] oc þui skiotum ver til guðs, oc til hins helga Olafs konongs, at ver skolum holler oc truir vera varum [5] kononge, bæðe opinberlega oc leynelega, oc styrkia hann oc hans rike bæðe með raðom oc ollom styrk varum. Hallda sculom ver oc æiða þa, er hann hever suaret ollo landzfolkino, epter þui vite sem guð hefer gevit oss. Sva se oss guð hollr sem ver satt segium, gramr ef ver liugom.

Titulus VI.

Barones & aulæ magistri dein his verbis usi juramento fungantur: eum in finem manum sanctis his reliquiis admovimus, Deumque & Regem Olaum sanctum testamur, quod Regi tam clam quam palam faventes & fidi erimus. Et consiliis & omnibus nostris viribus ipsum & ejus regnum corroborabimus. Jurajuranda, quæ nobis & omnibus regni incolis Rex dixit, conservabimus, ex prudentia nobis a Deo concessa. Nobis vera loquentibus Deus propitius esto, mendacibus severus vindex.

Capituli VII.

Nv at bændr oc alþyða vite sek þui [6] skylldvgare til hollostu oc þegnskylldv oc lyðne við konong, þa skulo þeir þenna eið sueria kononge [7], sua marger menn af fylke hverio, sem honom likar: þess leggiom ver hond a þessa [8] helga doma, oc þui skiot-

Titulus VII.

Coloni & vulgus, quo magis agnoscant, sese Regi fidem, officia & obedientiam debere, jusjurandum ei præstent tot e singula provincia evocati, quot placuerit Regi, his verbis conceptum: Ideo manus sacris reliquiis imponimus, Deumque contestamur, quod Regi nostro omni-

[1]) nu *om.* þ. *Sch.* [2]) Sua *St. X.* [3]) eyð *V.* [4]) a helga bok oc doma, *libro sancto & reliquiis, V.* [5]) Herra *in membr. primum scriptum est, deinde abolitum, sed plures codices derivati servant. Recte om. V. X.* þ. [6]) helldur *interp. V.* [7]) konongc *om.* þ. [8]) þessa *om.* þ. *Sch.*

um ver til guðs, at ver skulom holler oc truir vera varum kononge bæðe openberlega oc leynilega, með ollom varum styrk oc matt, sua sem goðer þegnar skulo goðom kononge; væita alla loglega [1] þionasto oc lyðskylldu, með þæim ollom logom oc lunnendum, sem hinn helgi Olafr konongr skipaðe i millum konongs oc bonda, með hvarra tueggio samþykt. Sua se oss guð hollr sem ver satt segiom, gramr ef ver liugum.

Ero eige at eins þeir skyllduger til at abyrgiaz þenna æið er sueria, helldr aller þeir er i konongs lyðskylldv ero, alner oc oborner, oc þeir sem hans eiðs vilia niota.

bus nostris opibus viribusque palam & clam favorem & fidem præbebimus, probos subditos bono Regi prout præstare decet. Justum quodque officium & præstationes, subditis debitas, ei præstabimus, juxta leges & privilegia quæ Rex Olaus sanctus inter Regem & populum utriusque consensu constituit. Nobis vera loquentibus Deus propitius esto, mendacibus severus vindex.

Hocce jusjurandum non solum ipsi jurantes servare tenentur, sed omnes Regis imperio subditi, & nati & nascituri, & qui Regis juramenti fructus capere cupiunt.

Mannhelge.*

Capituli I.**

[2] Þat er fyrst i mannhelge varre at var [3] lande [a] skal huerr [4] friðheilagr vera innanlandz oc utanlandz. En ef maðr vegr mann, þa hever hann fire gort ollo þui ær hann atte, nema iorðu sinni einne, nema hinn have aðr verkat ser til uhelgi.

Jus personale.

Titulus I.

In jure nostro personali primarium est, quod nostratium quisque tam his in terris quam extraneis vitali gaudeat securitate. Quicunque alium occiderit, omnis generis bona sua, fundis exceptis, committat, nisi occisus personæ suæ a læsione immunitatem factis jamjam commisisset.

[1]) logligasta, *justissimum, V.*

* *Cod. membr. hanc inscriptionem non exhibet, neque omnino hic Sectiones dividit, quod ex literis majusculis in initio tituli vidimus, sed secunda manus novum titulorum ("capitum") numerum hic incipit.*

** *Quatuor primi tituli hujus sectionis in* þ *unicum efficiunt.*

[2]) þat er — uhelgi, (*Cap. I*), *om. V.* [3]) hverr, *A.* [4]) hverr *om. A. Th.*

---

a) at var lande. *Hæc sequentia desumta sunt e legg. H. H. Frost. vide Paus. pagg.* 21, *&* 4. *cfr. etiam H. H. constitutionem quintam, Paus. II. p.* 168.

Capituli II.

[1] Nv þo at allt þat sem vegande atte beðe i lande oc lausum eyri felli aðr unnder konong, utan oðals iarðer, at logom hins helga Olafs konongs, þa gerðe þo [2] hinn virðulege herra Hacon konongr hinn koronaðe þa miskunn oc skipan a, epter inna bezto manna bænar stað, at hvart sem epter ero æignir eða lausa fe, þa skal konongr taka ekke mæira þegngillde [a] en aðr er vande til, af fe eða eignom. En ef eign er (i) þegngillde [3] greið [4], þa skulo frændr veganda lausn æiga a, ef þeir vilia leyst hava.

Titulus II.

Quamvis omnia homicidæ bona, tam immobilia quam mobilia, fundis avitis exceptis, ex legibus Olai Regis sancti, Regi olim commissa fuerint, venerabilis tamen dominus Rex Haco coronatus, precibus optimatum permotus, clementer decrevit, ut, sive bona superfuerint immobilia sive mobilia, Rex haud majorem ob civem cæsum capiat multam, sive e mobilibus sive fundis, quam solitum fuit. Fundus si in homicidii multam persolvitur, occisoris propinqui, si voluerint, ejus redimendi jure gaudeant.

Capituli III.

En ef vegande [b] fellr i utlegð fire konongs suerðe, eða hans umboðs manna, eða frændom hins dauða, oc a hann fe epter,

Titulus III.

Quodsi occisor, in exilio agens, vel per Regis ejusve mandatum gerentis gladium, vel per occisi propinquorum insidias, vitam amiserit,

Tres sunt sagittæ, quibus pecuniæ adjiciuntur (ɔ: pœna pecuniaria, si non juste portantur): una aliquo necato emissa, secunda propter vulnera majora, tertia cum quis membris mutilatur. Hæres defuncti, vel, eo absente, probatissimi præsentium, testibus nuncupatis, sagittas emittat, eodem quo alter animam exspiravit nycthemerio. Tribus postea noctibus comitia habeantur, vel in loco cædis, vel ad sepulchrum demortui. Sententiam ibi ferre possunt, viri quamvis tantum apparuerint viginti septem. In justo comitiorum loco hæc sententia examinanda, ubi quarta foripetarum pars appareat. Sententiam ferre iis fas est, quam-

[1]) þa *A. Th. X. T. I.* [2]) XIV Kap. þ. [3]) skilvisustu eða skilrikustu, *probissimi vel probatissimi, V.* [4]) þar, *ibi, V.* [5]) domendur, *judices, X.* þ. *Sch.* [6]) at *Sch. bene.* [7]) eigi, *non, V.*

---

a) berr þat einn vattr m. h. *Ad probationem adimplendam facit vel declaratio læsi, vel ipsa læsio visibilis. cfr. H. H. legg. Frost. Mh.* 28. *pag.* 39; *Jonsb. Mh.* 10. *in fine.*

b) *Hic titulus desumtus esse videtur ex H. A. legg. Gul. Mh.* 1, *pag.* 144. *Hinc migravit in Jonsb. Mh.* 10 *in f.*

c) *hic legg. H. A. Gul. habent* XXXII, *l. c.*

d) *Pausius hæc minus recte in legg. Gul. H. A. vertit* "en Fierdings Thingmænd".

er þær[1] feller, en sa[2] er sekr at halvo meira er hann gerir bæðe, feller orvar oc sitr hæima um þing. Fire vattom skal hann orvar skera; sa skal orum[a] fylgia, er a ero lagðar. Nu ef orvar taka hann, oc sæker eige þing, þa berr hann a bake sok, en ef orvar taka hann eige, þa skal stefno gera honom til þings annars[b], oc niote þar skirsla sinna[3], ef æige ero sionar vattar til. En ef hann a frændr eða erfðar menn, þa skulo þeir honom boð gera, en ef hann kømr eige, oc firriz hann þing, þa er hann sannr at sok, ef æige banna honom[4] loglegar nauðsyniar.

Bonde huerr skal til þings fara, er or kemr til, oc fara þar til er hann mæter þæim monnom er a ðinge varo oc hverfa þa aftr at usekiu[5].

vis non plures adfuerint. Omnes sagittas indices portent, nemo eas quiescere sinat; qui impedit, duodecim unciarum multa tenetur. Duplo graviorem luat pœnam, qui & sagittas impedit & comitiorum tempore domi remanet. Testibus coram sagittæ emittendæ. Declaratio sagittas multa munitas sequatur, quæ primum adjecta est. Si sagittæ ad eum devenerint (cui reatus intenditur) sed in comitiis non apparet, pro convicto habeatur; si vero sagittæ eum non invenerint, in secunda citandus est comitia, ubi, testibus oculatis deficientibus, suas proferat excusationes. Si ei propinqui hæredesve fuerint, hi per nuntium, (factæ citationis) eum certiorem faciant; si comitia aversatus non apparuerit, justis impedimentis tamen non præpeditus, pro convicto habeatur.

Colonus quivis, sagittâ admonitus, comitia petat, pergatque donec foripetæ redeuntes ei occurrunt, quo facto impune revertitur.

[1]) þær *om. A. Th. X. T. I.* [2]) *membr. in marg.* [3]) skirslu sinnar (*singulariter*) *V.* [4]) kōma hanom, *ei non obvenientibus, A. Th.* [5]) oseckio *A. Th.*

---

a) sa skal orum *&c. declaratio vel nuntius sagittas indices sequebatur, quibus certiores fiebant cives, quid sagitta emissa denotaret &c. cfr. Arnes. isl. Retterg. p. 430 seq. Comment. Vidalini sub* a-lagðar.

b) til þings annars. *In comitiis sagittariis inquisitio fieret de facto homicidio, de occisore, de supremo ejus hospitio, ibi denuntiatio cædis ab occisore facta proferretur &c., sed hinc causa deferenda fuit in comitia post quinque noctes indicta, ubi actio et defensio procedat, sententia judicum pronuntietur et executio fieret, Tit.* 19. *Tamen ex titulo sequ. apparebit, hæc omnia in comitiis sagitt indictis procedere potuisse, si causa fuerit manifesta, et reus convictus & præsens, et sagitta index eum invenerit vel ad eum pervenerit. cf Arnes. l. c. et pag.* 433.

Capituli XIX. [1]

[a] Ef sa maðr vil ganga a ǫrvar þing, er hann er þar fire sokom hafðr, þa skal hann æsta [2] ser griða, en bænndr skulo selia honom grið a þing oc af þinge: V natta grið a sumars dege, en halfsmanaðar a vetrar dege. Sua er oc mællt, at ongom [3] manne skal þingǫngo [4] synia, nema þæim mannz bana [5], er vegr mann a þinge, oc verðr tekinn i epter ras, oc þiove þæim, er foli er bunnden a bak.

En ef maðr verðr utlægr a heraðs þinge, eða a orvar ðinge, þui er þar er, sem herat þing er skipat [6]. Nu vil þesse maðr þar bæiða ser [7] þinggongo, þa skulo bændr æige iata honom, en hverr maðr annarra skal eiga þing gengt, oc veri þar mal sitt með logom, en ef honom er bannat eða syniat þinggongo, þa ma þann mann eige utlægan gera a ðinge þui, en epter þat þing, þott hinn [8] deye or sarom, þa varðar þat ekke bondom, en bane fare ut lægr.

Titulus XIX.

Reatu insimulatus, si in comitia sagittis indicta tendere parat, salvum conductum sibi expostulet. Coloni ei securitatem & in comitiis & inde redeunti (juramento) firmare debent; tempore æstivo quinque, hiemali decem et quatuor dierum pacem ei præbeant. Leges præterea definiunt, nemini in comitiis apparendi jus esse denegandum, nisi percussori, qui hominem occidit in comitiis, et facta insecutione prehenditur, ut et furi, cui furtum dorso alligatur.

Qui in comitiis tribuariis, vel sagittariis ibi habitis, ubi tribuaria constituta sunt, in exilium damnatur, si in comitiis apparendi jus sibi postulat, coloni id non concedant. Cæteri omnes in judicio standi personam habent, et legibus convenienter causam suam ibi defendent. Si cuidam tali apparendi jus interdicitur vel denegatur, eum in his comitiis exilii damnare non fas est. Vulneratus quamvis post comitia peracta supremum obierit diem, coloni (vulnerantem non condemnantes) reatum non incurrunt, sed occisor in exilium nihilominus pellendus.

[1]) XV Kap. þ. *introitionem*, þ. *interponit V.* [2]) æskia, *A. Th. X. V.* þ. *T. I.* [3]) at lögum, *ex jure, add. V.* [4]) inngaungo, [5]) manni, *homini, A. Th. T. I.* [6]) skapat, *ordinata, St.* [7]) þar, *ibi, hic* [8]) hann, *ille; o: vulnerans, V. St. male.*

---

a) cfr. H. H. legg. Frost. Mh. 29 *p.* 39, *ubi in specie de vulnerantibus sermo est; hic in genere etiam de homicidis accipi potest. Excipiatur tamen casus, cum quis in ipsis comitiis alium occidit; ibi enim de reo maximam certitudinem adesse præsumitur.*

Capituli XX.[1]

Ef maðr er eige færr til þings, sa er særðr er, þa fare sa epter mælande hans er ræt(t)r er, hvart sem þat er með frændsemi eða umboðe, til, oc skal selia grið oc festo[a] taka[2], epter þui sem hinn sare. En þau grið oc þa festo skal hann sua hallda, oc[3] aller hans frændr, sem hann have sialfr festo tekit oc sellt grið. En ef sa atburðr verðr, at menn søraz eða liostaz[4], oc er hvarge til þings fær, oc fester hvars tuegge epter mælande oðrom log eða umdæmi goðra manna, þa skal su festa oc grið sala standa af hvarstveggia hende at iamfullo, sem þeir have sialver grið sellt oc festo tekit, en fe þeirra i veðe er verk gerðo, hvars[5] við annan, en eige þeirra er festo, nema sua se skilt. En ef maðr anndaz or sarom, þa skulo[b] arvar[6] þui male skipta, epter goðra manna umdømi sialfr hann ef hann liver til alsættar, en eige hinn er festu tok, nema hann se arve.

Hveruitna þess er menn hittaz a með vanndræðom, oc verðr tuinne[7] orvar þing,

Titulus XX.

Vulneratus si in comitiis apparendi facultate destituitur, actor, sive ex propinquitate cum vulnerato, sive per mandatum justus & competens, vulnerati instar pacem præstet & fidem stipulatam accipiat. Hanc pacem fidemque & ipse & omnes ejus propinqui ita servent, ac si ipse pro se ipso fidem pacemque pepigisset. Quod si evenerit, ut neuter vulneratorum & invicem pugnantium in comitia devenire valeat, sed actor uterque competens alteri legalem actionem vel proborum virorum arbitrium paciscatur: pax fidesque data utrinque æque rata stataque maneat, ac si uterque (vulneratus) ipse pacem fidemque pepigisset, sed bona vulnerantium invicem ia periculo versantur, non vero paciscentium, nisi ita fuerit pactum. Si alter vulneribus conficitur, hæredes invicem juxta proborum virorum arbitrium causam moderentur, ipse vero vulneratus, si in vivis maneret, firmam & perfectam inire pacti test reconciliationem, non vero pacem paciscens nisi hæres sit (vulnerati).

Ubicunque periculose qui concurrunt, comiliaque sagittaria dua et in locis diversi

[1]) Kap. XVI. þ. [2]) taka *om. A. Th. T. I.* [3]) at, *ut, V. male.* [4]) rostast, *rixantium,*
[5]) hvör *V. X.* [6]) örvar, *sagittæ s: judices in comitiis sagittariis (vel potius mendo librariorum) A. T*
[7]) tvimenni (*ex membr.* tuīne) *A. Th. X. T. I.*; tvenn þ.; tvimune *V. (iterum ex ductibus membr.)*

---

a) oc festo taka. Festa *h. l. per fidem stipulatam exposui, respectu sequentium, quamvis pignus etiam vel fidejussionem denotare possit.*

b) þa skulo arvar &c. *Hanc lectionem in textum receptam varianti præferendam opinor, si ad antecedentia et subsequentia respicitur. Fingit enim legislator hæredes vulneratorum invicem fidem & pacem pepigisse, causamque proborum virorum arbitrio jam jam submisisse.*

oc i sinom stað hvart, oc koma baðer til fimtar þings, þa skal sa fyrre sin vitni ryðia er fyrre skar ǫr[1] upp, oc niote þar vitna sinna allra, þeirra er hann høver til, en hiner lyðe til meðan, oc stande udæmt mal þeirra til þess er hvarertueggio hava rutt sin vitni, en bætr mete[a] vitni þeirra. En ef aðrer tueggio leggia fyrr dom a[2], oc troða þing oc vitne hinns, þa hever sa fire faret[3] sokn sinne, en hinn sekr III morkom[b] er dom lagðe a, en hverr annarr bauge, er vapnom hellt upp[4], en hinn have sitt mal, er a logom stendr.

habentur, uterque vero in comitia quinionis devenit: primum sagittam emittens testes suos prius producat, eorumque, quotquot admovere potest, testimonia in suam ibi convertat utilitatem. Pars altera interim auscultet; utriusque vero causa injudicata mancat, uterque donec testes suos produxerit. Multæ juxta testium effata moderandæ. Si alteruter, sententiam prius ferendo, comitia & testes adversarii sui turbat, causa sua cadat, et sententiam ferens trium marcarum multa in Regem tenetur. Quivis arma sursum tenendo (suffragans sententiæ) annulum ei expendat (multaticium). Legibus convenienter agens causam suam servat.

Capituli XXI.[5]

[c] Ef vitne mannz ferr til þings, hvart sem er, þat er viglysing skal frambera, eða nattstaðar vitne, þa er þeir mæta monnom er a þinge varo, þa skulo þeir skirskota[6] unnder þa, er a þinge varo, at þeir villdo vitne bera, ef þeir mætte komaz til þings, þa skal þat vera at fullo[7] er þeir bera a næsta þinge. En ef þat[8] sker or er þing

Titulus XXI.

Testes alicujus, sive ad cædis denuntiationem probandam, sive ad nocturnum hospitium (occisoris) indicandum, in comitia tendentes, si foripetis e comitiis redeuntibus occurrunt, eos antestari debent, sese testimonium proferre paratos fuisse, si in comitia pervenire potuissent. Hoc, si in proximis profertur comitiis, valeat. Si quis ibi sagitta indicat comitia, ubi

[1]) örvar (*in pl.*) *V.* [2]) leggia fyrr doma, *judicia prius constituendo*, *X.*; leggia fyrir doma *V. sine sensu.* [3]) fyrirgiort *V.* [4]) uppi, *superne*, þ. [5]) XVII Kap. þ. [6]) skirskiota, *X.* [7]) af fullu *V.* [8]) *sic cod. membr. V. M.*; þar *cett.*

---

a) en bætr mete *&c. Legg. Frost. l. c. habent* bondr, *coloni*; *quidnam præferendum sit, dispiciant doctiores.*

b) *totidem marcarum multa in legg. Frostensibus præfinitur.*

c) *vide Legg. Frost. H. H. p.* 62, 63.

boð skyllde, þa varðar þat ekke bondom, [er hinn (hefir) firðan sek liðe manna[1], oc þo eige fire farið sokn sinne, ef menn vilia mæla um; en enge maðr verðr at male felldr, nema or eða maðr stefni honom þing.

indice debuisset, coloni (non apparentes) reatum effugiunt, perverse vero indicans seipsum auxilio privat civium, quamvis causa non cadat, siqui eam ultro inspicere vellent. Nemo est condemnandus, nisi vel sagitta vel agentis dica in comitia citatus fuerit.

Capituli XXII.[2]

[a] Ef maðr rinndr manne i elld, eða a kaf, oc um akastan[3], oc sua ef maðr stingr annan[4] með haðung eða heipt, oc sua ef maðr rinndr manni eða nykker[5] til sin eða fra, oc sua ef maðr feller mann, oc allt þat er monnom verðr með ovond misþyrmt, oc hinn skirskotar er fire verðr, eða hava skynsamer menn seð a, þa skal sa bøta er misgerðe, epter þui sem V menn dæma, þeir sæm til ero nefnder af hvarstuegia hennde, með þeirri skynsemð, sem guð gefr þæim; en hinn er misgerðe bæti kononge bauge[b]. En þo at hann skirskote eige, þa (a) hann þo kost[6] at beiða ut rættar sins, þegar hann vil, oc sækia með þingstefno,

Titulus XXII.

Si quis alium in ignem vel aquam profundam truserit, aut eum jaculando vel pungendo contumeliose & animo nocendi petierit, ut et si quis alium protruserit, hinc & illinc impulerit, prostraverit, vel quocunque alio modo invidiose tractaverit, læso testes antestante, & præsentibus testibus idoneis & oculatis: reus huic satisfaciat, ex quinque prudentum virorum, ex utraque parte denominatorum, arbitrio, juxta iis a Deo concessam scientiam. Reus præterea Regi annulum multaticium persolvat. Læsus quamvis testes non antestatus fuerit, juris sui personalis violati satisfactionem, cum voluerit, exigendi facultate gaudeat, quod diem

[1]) er hinn firðan stig lagði liði manna *V. haud intelligendum.* er hinn hefir firðan sig liði &c., *cum alter seipsum auxilio privat civium &c.* þ. *Sch. bene.* [2]) XVIII Kap. þ. [3]) akstein, *V. quid sit nescio.* [4]) mann, *hominem, V.* [5]) rikkir, *rapit, X.* þ. *Sch.* [6]) kost þo, *membr.*

---

a) *vide H. H. legg. Frost.* 3 *part. p.* 32, 33, *cap.* 15, 17; *M. R. legg. Gul. Mh.* 21; *Jonsb. Mh.* 23; *Chr.* 4*ti legg. Norv. Mh.* 19.

b) bæti kononge bauge. Baugr *annulus (multaticius) sæpius simpliciter ponitur, sed quanta hæc multa fuerit nullibi aperte dicitur; duodecim uncias effecisse opinor, cfr. postea hoc tit. ut et legg. Frost. H. H. pag.* 51 *cap.* 51. *Duodecim unciarum multa in Gragasæ* Baugatal *sub nomine* baugr *primum occurrit; cfr. tit.* 30. *h. sect.*

oc have vatta tua, þa er nær varo, ef þeir ero til. En ef þeir ero eige til, þa syni hinn með lyritar eiði, ef hann er saklauss. En ef maðr leypr at manne, oc helldr ser sialfr, þa skal hann bæta halfrætte, en kononge bauge, ef skirskotat er. En ef hann verðr halldenn, oc verðr skirskotat, þa er fullrætte, en konongi XII arar [1]; en ef hann helldr ser sialfr, oc verðr eige skirskotat, þa er þat arga fas.

dicendo faciat, duos adhibens testes præsentium, si qui fuerint, sin minus, insimulatus trevirali juramento se purget. Si quis in alium incurrens se ipsum sistit, dimidiam juris personalis violati satisfactionem læso, annulum multaticium Regi expendat, modo testes sint antestati. Si ab aliis impeditus fuerit, testibus antestatis, plenam fatisfactionem læso, duodecim uncias Regi solvat. Si se ipsum retinet, nec testes sunt antestati, pro ignavorum rixa id habeatur.

Capituli XXIII. [2]
vm fullrætte.

[a] Ef maðr binndr frialsan mann usynio, giallde V merkr kononge, en hinom fullrætte er bunnden var.

Titulus XXIII.
De satisfactione juris violati.

Qui homini ingenuo insonti vincula injicit, quinque marcas Regi, integram juris personalis violati satisfactionem læso solvat.

Capituli XXIV. [3]

[b] Engi maðr skal þat við annan møla, at hann have þegit skom(m) a ser, hvartke mæiri maðr ne minni, nema honom fylge X menn til þings oc sanni mal hans, sua sem mælt er i logom, at tueir menn skulo sueria, en atta san(n)a. þeir II skulo [4] hava

Titulus XXIV.

Ne quis, sive melioris, sive minoris notæ fuerit, alium sodomiæ criminis insimulet, nisi decem viri, in comitia eum secuti, criminationem eorum probaverint juxta legum præscripta, quibus præfinitur: duos conceptis verbis jurare, octo suffragari debere. Duo illi librum manu

[1]) XX aura, *viginti uncias*, X. þ. *Sch.* [2]) XIX Kap. þ. [3]) XX Kap. þ. [4]) II *nescit A.* sed *legit:* þeir menn skulo *&c.* — þeir tveir menn *V. Th.*

---

a) *vide legg. H. H. Frost. pag.* 66, *ubi quindecim marcæ multæ nomine Regi deferuntur. Jonsb. Mh.* 20; *legg. Gul. M. R. Mh.* 19.; *legg. Norv. Chr.* 4*ti Mh.* 17.

b) *confer. H. A. legg. Gul. p.* 168, *ubi indigitatur quid subsumendum sit phrasi*: at þiggia skom(m) a ser; *vide etiam H. H. legg. Frost. pag.* 68. *M. R. legg. Gul. Mh.* 23; *Jonsb. Mh.* 25; *legg. Norv. Chr.* 4*ti Mh.* 21; *ubi* ömel, *islandicum* ámæli, *opprobrium denotare videtur. Grag. Vsl. Cap.* 105.

bok i hende, oc sueria sua: þess[1] legg ek hond a helga bok, at þat[2] hovom vær heyrt, en egi vitom ver hvat satt er. En ef hann misser þeirra vatta, þa er hann utlægr, en hinn skal þo[3] hava lyritar eið firi sik[4], þo at hann have þessa vatta alla. En ef hann mæler þat við mann, at hann raðe lond oc þegna unndan kononge[5]; þat skal hvartke mæla mæiri maðr ne[6] minne, nema heimilis quiðar vitni fylge, nema vile gera sek utlægan. En ef maðr mæler þat við mannz kono, at hon have legit með ǫðrom manne en bonda sinom, eða kenner dottor hans[7] at hon ligge með[8] manne, eða systor hans, þat skal eigi mæla nema heimilis kuiðar vitne fylge, nema hann vile gera[9] sek ut lægan. En ef maðr mæler ukuæðes[10] orð við karl[11] eða kono, þat er utlegð liggr við, [oc verðr skirskotat, þa skal uppe fullrætte við[12] þann er mællt er við, þo at hann helge sek með hæimilis kuiðar vitni, nema hann æigi sokn a at logom a þui male, þa er þar ekki rættar far a[13]. Sua skal um oll fiolmæli[14] oc fullrættes orð.

tenentes, hunc in modum concipiant verba. Ideo manus libro imponimus sacro, quod audivimus (crimen rumore sparsum), at nobis ignotum est verum sit nec ne. Injurians his testibus destitutus exilio tenetur. Criminis insimulatus trevirali sese purget juramento, alter quamvis omnibus hisce fultus fuerit testibus. Nemini, sive melioris sive minoris sit notæ, in alterum dicere liccat, eum terras vel subditos a Rege alienare, nisi id domesticis testibus probare sustineat, sin minus, exilii damnandus est. Si quis alterius uxorem, eam cum alio, quam proprio marito rem habere, criminatus fuerit, vel alicujus filiæ sororive stuprum objecerit, testibus domesticis si destituitur, exilium luat. Qui verbis nefandis, exilio puniendis, virum fœminamve infestat, testibus de his antestatis, injuriato expendat plenam juris personalis violati satisfactionem, etiam si suam, testibus domesticis admotis, probet auctoritatem, nisi injurians actor sit competens causæ, tum enim satisfactio cessat. De omnibus dicteriis et injuriis, integra juris personalis violati satisfactione expiandis, idem juris esto.

Capituli XXV.[15]

[a] Ef maðr gerer sua miket uhævo verk, at hann legz með kono man(n)z, þa skal hann

Titulus XXV.

Si quis tantum committat scelus, ut uxori alterius stuprum inferat, marito ejus triplicem

[1]) til þess, *eum in finem*, þ. til þess leggie *Sch.* [2]) oc þat *Sch.* [3]) þo *om. V.* [4]) sik *om. V.* [5]) kononge sinom, *Rege suo, V.* [6]) eða, *vel, E. A. V. St. Th.* X. [7]) mannz, *A. Th. X. T. I.* [8]) oðrum, *alio, interp. V.* [9]) gera, *cod. membr. in margine medio; om. A. Th. I.* [10]) umquæðis, *forsan: ambiguæ significationis*, þ. *Sch.* [11]) mann, *aliquem, add. V.* [12]) *a* [*om. V, incuriâ librarii.* [13]) rettr fyr a, *prius cessabat satisfactio, St.* [14]) fiolmælis-mæli *V.* [15]) XXI Kap. þ.

a) Primam hujus tituli partem in legibus, Jarnsidd antiquioribus, non invenio; nisi quatenus huc sunt referenda quæ habent legg. H. H. Frost. p. 174, *et Jus Biarkoense cap.* 53. *Leges ecclesiasticæ*

bæta bonda hennar rættom þrimr. En ef hann vil æigi bæta, þa stefni hann honom þing af þinge; en af þui þinge bæte hann honom[1] sem skynsamer menn XII dæma, VI[2] af hvars hende, eða fari utlægr. En ef hann er færr til unndan færslo, syni með tylftar æiðe.

[3] Nu ef maðr yrker um mann, þat er monnom virðiz til niðs eða haðungar, fiorðung viso eða lengra, þa skal[4] hinn kueðia þings, oc kueða a þinge, en hinn færez undan með lyritar æiði, eða fare ut lægr, oc hverr penningr fiar hans, nema iarðer; take hann fyrst rætt sinn af þui fe, en konongs umboðs maðr se fire[5] þui er auk er. Nu hverr mal er maðr mæler við mann[6], þat er horver til neyxsla[7], eða kenner huinzko eða fordæðo skap, oc hann a eigi sokn a, þa er hann fiolmæles maðr ef hinn skirskotar, nema

(adulter) expendat juris personalis violati satisfactionem, quam si solvere recusaverit, maritus a comitiis, ubi duodecim viri prudentes, sex ex utraque parte, sententiam tulerunt, eum in jus denuo provocet, et exulem proclamandum curet. Reus se defendere volens, duodecim virorum jurejurando sese purget.

Quod si quis quartam distichi partem excedens carmen de aliquo, in ejus infamiam & contumeliam quod spectare æstimatur, panxerit, injuriatus comitia indicet et judicio coram carmen recitet. Reus se triumvirali, si valet, juramento purget, sin minus, exilii damnatus, quæcunque sua committit bona, fundis exceptis. Juris sui personalis violati satisfactionem injuriatus e bonis commissis primum capiat; Regii procuratoris curæ, quod superest, cedit. Quocunque tandem dicterio, alicujus famæ infesto, si quis alium prosciderit, sive hoc involvat in-

[1]) bæte hann honom *om. A. Th. T. I.* [2]) V, *quinque, A. Th. T. I.* [3]) *hic* þ *incipit titulum XXII.* [4]) skal *om. St.* [5]) siá fyrir, *provideat, V.* [6]) annan *A. Th. X. T. I.* [7]) neixla, *St.* þ. *Sch.*; hneixla *T. I.*

---

adulteria inter delicta publica referri voluerunt, ejus nomine multam episcopo vindicantes. Vide Jonæ II^i. archiepisc. jus eccles. cap. 46 *et* 21. (*Paus. I. p.* 148 *&* 127). *Leges civiles adulterium ad privata retulerunt delicta, quoad adulterium uxoris, cæde impuni vindicanda, (certa tamen restrictione, vide tit.* 9 *supra) et juris personalis in uxore violati satisfactione triplici expianda. Vide locos primum citatos, ut et legg. Frost. p.* 173 *cap.* 13. *ubi tres marcæ nominantur quasi, ut videtur, uxori a marito adultero solvendæ, hoc aliquatenus convenit cum* "rættom þrimr" *quod textus habet.* Rettr *ex Gragasa fuit* 48 *unciæ, sev* 6 *marcæ mercium legalium* (logaura), *Vsl.* 20; *ex legibus M. R. Gulensibus* rettr *marcam argenti efficit, Mh.* 29. Rettr *ex legibus H. H. Gul. Mh.* 50, *pag.* 170, *pro personæ dignitate differebat, cfr. H. H. legg. Frost. cap.* 29 *pag.* 158. *Pænæ quæcunque pecuniariæ ex Gragasa ad merces legales sunt constitutæ, ex legibus vero Norvegicis ad argentum legale; relationem inter marcam mercium legalium et argenti legalis vide postea not. ad Lbb.* 7., *qualis nimirum seculo undecimo in Islandia fuit.*

hann have heimilis kuiðar vitne a hende honom, þa skal hann sueria tylftar æið. En ef hinn misser heimilis kuiðar vitnis a þinge, þa er hann utlægr.

simulationem furti sive magiæ, de quo injurians actor non est competens, hic mendacii est arguendus, si testes fuerint antestati, nisi domesticos (de rumore) producere valeat testes, quo casu dodecadis jurejurando etiam se purget (injuriatus). Testibus domesticis deficientibus, exilii tenetur (injurians).

Capituli XXVI. [1]

Titulus XXVI.

[a] Sva er mællt om rogs menn alla, þa er rægia menn við konong, eða[2] iarll, eða byscop, æða valldz menn; æf hann ræger fiorve man(n)z, þa skal hann sino fiorve fire rægt hava. [Nu ræger hann fe mannz, þa skal sa sino fe iamnmyklo rægt hava][3], nema hann syni með lyritar æiði; en ef hann kenner þat rog manne[4], at hann have fenget af orðum hans uþokka konongs, hallde firer lyritar æiði, eða giallde III merkr[5]. Enge a sok a son(n)o.

De calumniatoribus, qui cives coram Rege, comite, episcopo vel toparcha deferunt, definiunt leges, eos, si vita delati per calumniam periclitatur, propriam committere vitam. Si bona alicujus per calumniam in periculo versantur, totidem propria committat bona, nisi triumvirali juramento sese purgare valeat. Si quis se gratia Regis alterius delatione excidisse queratur, trevirali insimulatus sese purget juramento, quo deficiente tres marcas expendat. In vera referentem nulla datur actio.

Capituli XXVII.

Titulus XXVII.

[b] Maðr hverr fulltiða er gengr husa a meðal[7], oc þiggr olmoso, hann a engan

Homo adultæ ætatis ostiatim mendicans, juri personalis expers habeatur, quamdiu sanus &

[1]) XX Kap. þ. [2]) eða *om. V.* [3]) *Uncis inclusa om.* þ. *Sch.* [4]) rogmanni *Sch.* [5]) o gialdi IIII merkr, *et quatuor marcas expendat*, þ. *Sch.* [6]) XXIV Kap. þ. [7]) a milli *A. Th.* V. T. I.

---

a) *Hic titulus desumtus est ex H. A. legg. Gul. Thb. cap. 7. pag.* 134. *Cfr. M. R. legg. Gul. Mh.* 24, *Chr. 4ti legg. Norv. Mh.* 21, *Jonsb. Mh.* 26.

b) *Confr. H. H. legg. Frost. p.* 160 *et Jonsb. Mh.* 30, *M. R. legg. Gul. Mh.* 28; *Chr. 4ti legg. Norv. Mh.* 24. *Restrictio his legibus adjecta: ni operam suam obferens eam elocare non potueri inter Magni Regis legum emendationes est refe rendum. cfr. Grag.* Aþ. *tit.* 8.

rætt a ser meðan hann gengr með vanarvǫl [1], oc hann er heill oc verkfærr, en þegar hann fær sær matar sialfr, eða frænðr hans, oc klæða, þa er hann þegar rætt næmr. Engan rætt a konongr a þæim manne [2], er engan a sialfr a ser.

labori par baculo mendico nisus vagatur. Cum vero tandem victum vestesque vel ipse sibi (labore) quærit, vel a propinquis suis accipit, mox jure personali integro perfruitur. Regi nihil juris est in hominem juris personalis expertem.

Capituli XXVIII. [3]

[a] Ef maðr selr frialsan mann af lande, eða i utlegð, þa er hann sekr XII morkom við konong, oc komi manninom i land aptr, en bæti hinom rætti; en [4] ef hann ma honom eigi aptr koma, giallde [5] hann [fullom botom, en ef hann syniar, hallde] [6] fire lyritar æiðe.

Titulus XXVIII.

Si quis ingenuum peregre vel in exilium vendiderit, duodecim marcas Regi multæ nomine expendat, et venditum in regnum restituat, cui etiam juris personalis satisfactionem solvat. Si hominem restituere non possit, integra satisfactione eum rependat. Si reatum effugere cupit trevirali se purget juramento.

Capituli XXIX. [7]

[b] Þessar rættar bætr oc æinka mal varo tekin um allan [8] Noreg epter forræðe oc

Titulus XXIX.

Hæ legum emendationes & privilegia recepta sunt per universam Norvegiam, auctoritate &

[1]) a vonarvol *A. Th. T. I.* með vonarvol X. *nesciunt A. Th. T. I. In additamentis ponit X.* [2]) manne *om. V.* [3]) XXV Kap. þ. *Hunc titulum* [4]) en *om. Sch. male.* [5]) haldi (lyritar eyði) þ. [6]) *uncis inclusa om.* X. þ. *Sch. et ipsa membrana, sed ex apographo E ea in textum intuli.* [7]) XXVI Kap. þ. [8]) allan *om.* þ. *Sch.*

---

a) Hic titulus in Jonsb. Mh. 5 *migravit, ut et per M. R. legg. Gul. Mh.* 7. *in Chr.* 4*ti legg. Norv. Mh.* 5. *Hic marcæ duodecim, in Jonsboka tredecim, in reliquis tredecim marcæ et octo ortugæ.*

b) Hunc titulum Magnum legum reformatorem Jarnsidæ addidisse innui supra pag. 16 *not., illa priusquam in Islandiam mitteretur. Serius eum adjectum esse testantur et ipsa tituli verba, et mentio ibidem facta Johannis Archiepiscopi secundi hoc nomine, qui anno* 1268, *Magno jamjam regnante, cathedram calcare cæpit. Hic homicidii multæ & solvendæ et accipiendæ distributio in propinquos et occisoris et cæsi abrogata est, hancque multam, vel si mavis satisfactionem, hæres occisi referat solus. Cfr. Paus. II. p.* 172 4*de Forordn. Hic constituitur, satisfactionem Regi debitam cæsi subditi nomine* (þegngildi), *bonis occisoris deficientibus, cum satisfactione hæredi debita concurrere debere, imo hanc illâ prius capiendam, cum, cæde nefaria vel scelere nefando commissis, bona rei reliqua regali fisco deferebantur in totum, et utrique satisfactioni responderint.*

skipan Magnus konongs, sunar Haconar konongs, oc með asion[1] oc tillago[2] Jons ærkibyscops, oc annarra byscopa, lendra manna oc lærðra, stallara oc logmanna, oc hinna vittraztu manna af ollom lutom landzinns: at um þa[3] menn, er monnom verða at skaða, fare epter þui, sem aðr vatta lǫg; en af fe veganda dæme VI menn skilriker, loglega til nefnder, slika gerð, epter laga skilorðe, sem þeir sia rættlegazt fire guðe, oc mala vexter ero til, ervingiom hins dauða einom. En allar aðrar frændbætr oc saktal skal falla niðr, sua at hvargiz[4] frændr aðrer taki ne giallde framarr en nu er[5] skilt. Nu vinnz eigi fe veganda bæðe til þegngilldes oc bota, þa skal sua[6] skerða fire hvarom sem tala rennr til, efter fiar magne. En ef nokkorr gengr a þetta, þa hever hann fiie gort fe oc friðe, oc verðe alldre siðan bota maðr, oc sua aller þeir er rað leggia til þess, at sia skipan se rofin, eða a hana ginget. þessar rættar bætr fleire[7] let Magnus konongr þuisa fylgia, at þo at niþings verk eða skemdar vig se vegin, þa skal fyrst luka mann bætr af fe viganda, en konongr have þat sæm auk er. En ef

jussu Magni Regis, Haconis Regis filii, provida vero cura & consilio Jonæ archiepiscopi aliorumque episcoporum, baronum, clericorum, prætorii præfectorum, nomophylacum, omniumque sapientissimorum, qui e quavis regni parte sunt collecti: ut quoad homines alios lædentes antea allatæ legum regulæ valeant. Sed e bonis occisoris viri probi sex, legitime lecti, juxta legum præscripta tantam solis defuncti hæredibus definiant satisfactionem, quantam Deo coram, ex causæ circumstantiis, iis juste competere æstimant. Quævis alia satisfactio ob cædem a consangvineis consangvineis præstanda, cædisque multarum partitiones tollantur, ut neutri consangvineorum, ultra quod jam definitum est, vel capiant, vel solvant. Si bona occisoris non suffecerint ad multas solvendas, & Regi pro cæde subditi, & hæredi, tum utrique pro rata detrahatur. Hæc si quis spreverit, pecunia & pace privabitur, nullius unquam satisfactionis capax vel tali quando expiandus. Easdem omnes alii luant pœnas, qui consiliis id agunt, ut hoc edictum violetur, vel illi fraus fiat. Has aliasque legum emendationes Magnus Rex adhæc adjecit: ut, cædes nefaria crimenque nefandum si committitur, e

[1]) asiono þ. *Sch.* [2]) tillogum (*in pl.*) *X.* [3]) þa *om. V.* [4]) hvorgist *V. male*; hvorgis þ. *T. I.* hvarigs *E. A. Th. St. X.* [5]) var *E. A. Th. St. X. V.* [6]) sua *om. A. Th. T. I.* [7]) fleire *om. V.*

Debita legalia, i. e. testibus comprobata, bonis commissis inhærentia, satisfactioni Regi debitæ præferantur; cfr. M. R. legg. Gulens. Mh. 12; *Chr. 4ti legg. Norv. Mh.* 11. *Omnes hujus sectionis titulos sequentes a Magno Rege adjectos crediderim; cfr. ejus constitutiones apud Paus II.* 171 *seqq.*

minna leypr af en þegngillde, þa skerðe fire baðom, æpter þui sem tala rennr til. Sua iataðe oc Magnus konongr, at hvergi skal konongr fyrr taka fe manz bana, oc engan annan ut lægan eyre, en aðr se loknar allar loglegar skullder, þær sæm fyrr varo gørvar, en fe eiganda felle i þa sǫk.

bonis occisoris primum homicidii multa persolvatur, quod superest cedat Regi. Si pars residua multam Regi pro cæde subditi debitam non efficiat, utrique pro rata detrahatur. Rex Magnus adhæc assentiit: nec bona homicidæ, nec alia quæcunque bona commissa, fisco regio prius cedere debere, quam debita quævis legalia sint persoluta, modo contracta sint antequam bona possessoris in commissum ceciderint.

Capituli XXX.[1]

[a] Her seger um vaða verk, oc ero þau með at hygle skoðande, oc með skynsemð greinande, með hveriom atburðom er þau kunna til at falla, þui at i ollom stoðom er menn skulo ser til þarfinða vinna, oc monnom til haglegra luta lið at væita, þa ero þesse vaða verk meirr virðande, en hin, er enge nauðsyn dregr til, nema galeysi oc mikit skamsyni[2]. [3] Nu þo at tvæir menn fari i skog saman, æða reka strander, oc skyz annars ox[4] a annan, at uvilia þess er[5] a skapti hellt, oc deyr hann af, þa

Titulus XXX.

Hic de damnis casualibus agitur: quæ maxima attentione sunt contemplanda & sapientia discernenda, quibus accidissent circumstantiis. Ubicunque enim in suam vel alienam utilitatem et commoditatem & auxilium operatur, damna casualia majori clemcntia tractanda sunt, quam facta non necessaria, quæ tantum incuriæ & frivolæ levitati originem debent. Hinc, si duobus simul in silvam vel litora, ubi materies ejectitia jacet, (arbores cæsum) euntibus, unius ascia ligno excussa alterum occiderit, absque voluntate manubrium tenentis, hic quartam tan-

[1]) XXVII Kap. þ. *Hunc titulum A. Th. T. I. non habent. X in additamentis adfert.* [2]) mikil skammsyni *in fæm. omnia apographa præter Sch.* [3]) *Reliqua pars capitis et initium capitis sequentis alia manu scripta esse videntur. Notandum est quod litera æ (in* bæta) *hic semel occurrit, et scriptio vocis* ivir (*pro* yfir). [4]) öxe þ. [5]) gerðe oc *add. cod. membr., deinde librarius* tò gerðe *litura delevit, oc vero sine litura manet.*

---

a) *Vide H. A. Legg. Gul. Mh. capp.* 19, 23, 27. *H. H. legg. Frost. pag.* 37 *seqq. Jonsb. & M. R. Legg. Gul. Mh.* 13. *Prima hujus tituli pars, quasi præfationis loco, vetustiorum legum constitutionibus a Rege Magno apposita videtur. Hæ primum incipiunt:* Nu þoat II menn.

scal hinn bœta fiorðung bota ervingiom hins dauða, oc synia mæð settar eiði, at hann villde þetta æige gort hafa, oc skal[1] sua huervitna þesskonar[2] vaða verk fara, er þeir hafaz þat at, er til nytsæmdar er, hvart er menn fa af mæin æða bana, æða sar, at uvilia[3] þess er giorðe, oc er þetta secta laust við konong. En oll onnor vaða verk, sua sæm at kasta æða skiota ivir hus æða hæðer, æða scip, æða i•læika at ganga, æða aðra þarfleyso at gera, hvart er menn fa af mæin æða sar eða bana, at uvilia þess er gerði, þa skal bæta[4] halfum botum, oc syni þo vilia sins mæð settar æiðe. Þetta er secta laust við konong, oc ecki a konongr a vaða verkum.

tum homicidii multæ partem mortui hæredibus persolvat, et juramento probet sevirali, animum nocendi sibi abfuisse. Damna hujusmodi casualia, factis utilibus causata, quamvis vel læsionem vel mortem vel vulnera, invito agente, attulerint, eodem modo æstimanda sunt, nec Regi eorum respectu ulla debetur multa. Cætera vero damna casualia, inutili actione causata, & invito quidem agente læsionem, mortem vel vulnera adferentia, verbi gratia: cum quis supra ædificia, loca edita vel naves jaculatur vel mittit, vel ludo se immiscet, dimidia multæ parte sunt resarcienda, agens vero ab animo nocendi sevirali se purget juramento. Regi multa non debetur. Damna casualia quoad Regem innoxia.

Capituli XXXI.[5]

[a] Þat er ollum monnum kunnikt, at rytningar ero firi boðnir[6] at bera, en sa er berr,[7] hann er sekr við konong VI aurom. En sa er bregðr knive at manne, oc kømr eigi fram, hann skal bæta fullom rætte þæim er hann bra at, en kononge XII aurom. Nu ef maðr leggr mann með knife,

Titulus XXXI.

Omnibus innotescit pugiones ferre vetitum esse. Ferens sex uncias solvat Regi. Qui cultrum in alium, sine effectu, stringit, plenam juris personalis violati multam expendat petito, sed Regi uncias duodecim. Qui alium cultro pungit, exilium luat, & læso satisfactionem, ex duodecim virorum sententia ei honorificam, sol-

[1]) skulu *V.* [2]) þessi *V.* [3]) at vilia, *ex voluntate, St. prave.* [4]) þa skal hann, *tum ille &c.* þ. *Sch.* [5]) XXVIII Kap. þ. *Hunc titulum A. Th. T. I. nesciunt. X in additamentis adfert.* [6]) fyrirboðnar (*in fœm.*) *E. St.* þ. *Sch.* [7]) *Quæ sequuntur manu priori scripta sunt.*

---

a) Hic titulus nec in legg. H. A. nec H. H. Frost. invenitur, nec in jure Bjark. Idem quoad sequentes hujus sectionis titulos dici potest.

þa er hann utlægr, oc bæte þæim er hann lagðe, sem XII menn dæma, oc þeir sia at hinn er vel sæmðr af, en konongs soknar maðr skal taka[1] þann er lagðe, oc færa a þing, oc lata þann[2] knif keyra i gegnom hond hans, oc skal hann kaupa sek i frið með þessare refsing, ef hinn lifnar, oc a-byrgez sialfr sar sitt. En ef hinn deyr er saklaus er lagðr, þa er sa dræpr er lagðe, hvar sem hann er staddr, en ef hann kemz undan, fare hann utlægr, nema landz stiornar monnom virðez nokkurar nauðsyniar til hava gengit, en fe viganda fare æpter fyrra laga[3] skilorðe, bæðe þegngillde oc bætr. Með sama skilorðe skal vera ef maðr skytr at manne þo at ekke take, þa bæte kononge VI aurom, en hinom fullrætte er hann skaut at. [En ef hann særer mann með scote, þa skal sa er skaut[4] slika refsing fire fa, sem hinn er[5] lagðe með knive, oc sua þo at hinn deye, er skotenn var, þa skal hinn er skaut under sa/mo refsing oc hinn er lagðe, oc með sama skilorðe, [greiða bæðe þegngillde[6] oc bætr.

vat. Actor Regius reum prehensum in comitia deferat, et eodem cultro manum ejus transfigi curet, qua castigatione, si læsus convaluerit, pacem publicam reus redimit, sed proprii vulneris periculum ipse sustineat. Qui insons confodiebatur, si obierit, neci obnoxius erit percussor, ubicunque tandem inveniatur. Hic si effugerit, exilium luat, nisi civitatis gubernacula tenentes justam subterfuisse causam sentiant. Bona percussoris, quoad satisfactionem & Regi & hæredibus debitam, ex prius allata lege tractentur. Idem juris esto, si unus in alterum, quamvis sine effectu, telum jaculaverit. Sex uncias reus persolvat Regi, sed juris personalis violati satisfactionem ei, in quem telum emisit. Qui alium telo emisso vulnerat, eandem pœnam luat ac ille, qui cultro punxit. Si telo percussus occubuerit, jaculator eodem supplicio tenetur ac cultro pungens, et sub eadem conditione satisfactionem et multas persolvat.

Capituli XXXII.[7]

Þat er [eigi viðr kæmelegt[8], at menn bitiz um[9] sem hunndar æða hestar. Nu sa maðr

Titulus XXXII.

Hominibus valde indecorum est, canum equorumve more mutuis se morsibus petere. Si quis

[1]) konongs umboðsmaðr take þann &c., *Procurator regius &c., V.* [2]) þar knif &c., *et cultro ibi manum &c., V.* [3]) laga *om. V.* [4]) *a [om. V. et antecedentia sequentibus conjungit per* oc, *et.* [5]) er *in marg. codicis membr.* [6]) *In cod. membr.* bæðe þegngillde *ab initio scriptum est, omisso τῷ* greiða *deinde litura τὸ* gilldi *delevit, sed punctis subscriptis, quæ indicare videntur lituram nihil significare. Verbum qu. est* greiða, *in margine additum, exscriptores in locum τοῦ* gilldi *posuerunt, non attendentes signum illud parvum in codice, quod ante vocem* bæði *ponendum esse indicat. Hinc error exscriptorum:* bæðe þegn greiða *oc b.* [7]) XXIX Kap. þ. [8]) uviðnrqvæmiligt X; oviðurqvæmiligt *V.* [9]) um *om. V.*

er mann bitr, þa skal soknar maðr taka þann er beit, oc færa a þing, oc lata briota framtennr or hofðe honom, þæim er bæit, oc se siðan saklaust við konong fire refsing þessa, oc bæte þæim er hann bæit, epter þui sem XII menn dæma, oc þeir sia fire guðe at hann se væl sæmðr af.

alium momorderit, actor publicus mordentem prehendi, in forum deduci & primoribus dentibus privari curet. Quo supplicio a multa Regi præstanda liberatur mordens, sed læso satisfaciat juxta duodecim virorum sententiam, ut iis, Deo coram, injuriato honorificum esse videtur.

Capituli XXXIII. [1]

Menn þeir [2] er til þess vilia hava sek, at ganga i samkunnder manna uboðet af þess hennde er væitzluna a, oc sitia þar slimo setre [3], oc þo at þeir verðe harðlega a brot rekner, eða þar nokkot misþyrmt, þa ero þeir halfrættes menn, oc seker III morkom við konong. Er þetta fire þui gort, at margr goðr maðr hever finget skemðer oc vanndræðe fire [4] þeirra olutvennde.

Titulus XXXIII.

Homines, quibus mos est in convivia devenire, nulla ab eo, qui convivium instituit, invitatione accepta, moramque ibi nectunt otiosam, dure quamvis expellantur vel aliquatenus male tractentur, pro capite deminutis habendi sunt et tres marcas insuper Regi persolvant. Hæc vero lex ideo lata, quod istorum hominum petulantia multis probis damna et pericula attulit.

Capituli XXXIV. [5]

Sva er oc staðfastlega tekit um allt lanndet, at ef maðr drepr mann, eða væiter honom þær akomor, eða gerir þau nokkur verk, sem hann a at lata lif fire eða limo at lǫgom, þa skulo þeir sem næster verða, eða þeir sem fyrst mego [6] na, taka þann mann, oc færa umboðs manne konongs bunndenn eða fiotraðan, þa er hann skylldr

Titulus XXXIV.

Si quis alteri necem, vulnera vel læsiones intulerit, quæ mortis supplicio vel membrorum mutilatione, ex legum præscriptis, sunt vindicanda, per totum regnum stabiliter receptum est, proxime adstantes, vel eos, qui primum assequi valent, eum prehendere, vinctumque et catenis constrictum ad procuratorem regium transferre debere. Hic eum in comitia ducere

[1]) XXX Kap. þ. [2]) En þeir, *sed quibus*, þ. *Sch.* [3]) slimusetu *A. Th. V. T. I.* [4]) af þ. [5]) XXXI Kap. þ. *Hunc titulum omittunt A. Th. T. I. Aliunde desumtum in additamentit ponit X.* [6]) meiga, *possunt*, *V. omisso* ꝛ̃ na.

at færa a þing, en bænndr skolo dæma þann mann epter lǫgom a þinge, en konongs umboðs maðr late refsa honom epter logom.

Nu er þesso þui sua skipat, at ennge ma þetta synða laust gera, nema sa domare, er hofdinge hever til þess skipat, þviat loginn refsa en eige hann, þo at hann geri sina skylldo epter lǫgom, en aðrer gera með hæipt oc afund, oc þui væiter þat iafnan, at þeir fa fyrst mannskaða, oc suara siðan storom skriptom með frekom fiar [1] giolldom, oc langom utlegdom, oc horðom avar kostom, oc hava þa slikan mannskaða sem aðr.

Nu hverr sem aðru vis gerir, oc provaz sua, at hann matte þuisa ale(i)ðes koma [2], þa er hann utlægr, til þess er konongs umboðs maðr gerir skipan a epter mala voxtom, hvat nauðsyn til rak þeim sem giorðe.

Nu hever sa eige liðskost til sem attelr, þa skal hann segia valldz manne, oc [3] ef valldz maðr krefr liðs með ser, þa er hverr sekr III aurom, er eige ferr, nema nefgilldes menn oc baugilldes menn oc namagar. Nu ero þeir aller friðhelgir er til sækia, en hiner aller er veria utlæger, hvart er þeir liota ben eða bana.

debet, ubi coloni eum, ex legum præscriptis, judicent, sed procurator regius, ex legum rigore, eum supplicio affici curet.

Ea ratione hæc ita sunt ordinata, quod nemini hoc impune facere liceat, nisi judici a principe constituto. Etenim leges pœnas irrogant, non ipse, officium suum quamvis ex legum præscriptis exequatur. Cæteri id agunt, irâ incensi & invidiâ ducti, unde sæpissime sequitur, eos primum cognatis privari, & insuper severam subire disciplinam, gravesque pœnas pecuniarias cum exilio permanente & miserrima vitæ conditione. Jactura familiaris minime tamen repensa.

Si quis contra fecerit, & comprobatum sit, eum (percussorem prehendere) potuisse, exilio puniatur, regius donec procurator, juxta causæ circumstantias, dispexerit, qua necessitate adductus ita egisset reus.

At si accusator competens (percussorem prehendendi) facultatem non habet, tum toparcham ea de re faciat certiorem, quo auxilium poscente, qui insequi contumaciter supersedet, trium marcarum multam sibi contrahit, nisi cognati & agnati & affines proximi. Qui reum persequuntur, publica pace agunt, sed protegentes exilii damnandi, sive vulnera lethalia sive mortem patiantur.

[1]) fiar *om. V.* [2]) ma ecki þvi soleiðis koma *V. malc.* [3]) oc *om.* þ. *Seh.*; oc yfirvaldsmaðr krefi liðs *V.*

Capituli XXXV. [1]

[a] Enn af þui at logboc vattar sua viða, at þa menn, sem til refsingar hafa gort, skal a þing fœra, ok dœma, ok eptir þæim dome refsing aleggia, þa berr þæim innvirðelega at ranzsaka er til doma ero teknir, ok með mikilli hofsemð at meta, huart misgort er við saklausan mann, æða firi littlar sakir ok þo firi nokorar, æða miklar ok þo æigi nogar, æða sua nogar at full nauðsyn þikki hafa til rekit, sua ok huart nokor hafa laga boð i millum komit eða ængi, eða þat sem harðazt er, at sa hefir bota bæiz er misþyrmt var, ok þo æng̨ar fengit. Sua ok huart nokot var kiært firir rętt̨aranum, er laga orskurðrinn er sialfr skipaðr, þæim sem a saklausum monnum vinna. Æn þui er domrinn nefndr til, at þa skal ranzsaka ok meta sakir ok misgiorningar, ok tempra sua dom-

Titulus XXXV.

Cum codex legum passim doceat, homines criminis convictos in comitia ducendos, judicandos, et ex lata sententia puniendos esse, judicibus delectis diligenter examinandum est, et magna temperantia æstimandum, quid in insontem commissum fuerit, quid factum sit ob causam levem, sed tamen aliqualem, vel magnam, nec tamen sufficientem, vel adeo sufficientem, ut auctor necessitate adactus egisse videatur. (Eodem modo anquirendum) an satisfactio legalis oblata fuerit nec ne; Aut, quod æquitati maxime repugnat, utrum læsus satisfactionem petens, eam obtinere non potuerit; et denique, numquid coram judice, ad legales sententias ferendas constituto, actio læsionis insonti illatæ instituta fuerit. Verum ideo judices sunt lecti, ut causæ & delicta examinentur & æstimentur, sententiæque ex causarum cir-

[1]) *Hunc titulum omittunt I. T. A. Th. X. þ. Sch. Verba tantum initialia:* af þvi at logbok vattar sva viða *habent V. St. E., adjecto:* "vide Gulaþl. oc Jonsbokar Capp. XVII." ɔ: *vide legum Gulensium et Jonsbokæ Cap. XVII. — V. St. E. etiam in Recensum titulorum hunc referunt. Ipse codex membranaceus et fidum ejus exscriptum (Nr. 119 in 4to) verba tantum hujus tituli initialia hic habent (et ideo fortasse secunda manus novum tituli numerum non apposuit), sed codex ipsum titulum in extenso in fronte ponit, et ita tum Gragasæ Islandicæ cum Jarnsidæ eum (alia manu scriptum) præmittit. Igitur librarius eum justo loco denuo exscribere supersedisse videtur.*

---

a) *Hunc titulum ab initio ad Jarnsidam pertinuisse nullus dubito, sed a Magno Rege ei additum fuisse opinor, unde eum in leges suas et Gulenses et Jonsbokam et Jus municip. Throndhem. transtulit. Omnia tam interna quam externa criteria demonstrant, eum Norvegicæ esse originis, unde mihi non apparet ratio, cur Gragasæ Islandicæ magis præmittatur in codice Magnæano, quamvis alicubi inveniatur, quam titulus aliquis juris romani, si librarius eum Gragasæ adsuisset. Hujus igitur tituli, qua præfationis in Gragasam Islandicam, detectio in codice Magnæano non magni habenda. Johannem archiepiscopum hujus tituli, si non etiam præcedentium auctorem fere crediderim, partim quod dicendi genus hic ipsius conveniat in ejus jure eccl. (cfr. inprimis Cap. 53, 54) partim quod ipsius provida cura et consilium laudatur in titulo 28 hic mox antea, quod ad omnes sequentes titulos hujus sectionis hucusque non immerito refertur, cum nullus eorum e legibus antiquioribus desumtus esse videatur.*

inn eptir mala voxtom, sem þing menn ok rettarenn sia retlegaz firir guði, ok þæir vilia suara eptir sinni samvizku, æn æigi sem margr snapr hefir suarat her til, at þæir dœma ækki annat æn log; þui at sannlega skolo þeir þui suara, sem log vatta þæim a hendr, er vanda menn lata udœmða a brott fara, ef vanrefst er af hende domarans, oc sua ef ofrefst er þæim er miskunnar ero verðir, af þarnan þeirra tillogo. Finnaz ok nog dœme til þess, at þeir menn hafa lotet harðar hefndir af guði, er vandœmt hafa, æn þo þæir harðare er ofdœmt hafa, ok er miatt mundangs hofet, en þui miara sem þat er, þa ero þæir þui sælle, er sua fa hœft þeirra fiugurra systra hofe, sem i ollom rettum domum æigu at vera, at guði liki ok monnom hæfir. En þat er miskunn ok sannynde, ret(t)visi ok friðsemi; miskunn a at varaz, at æigi komi hæipt eða grimð[1] i doma. Sannynde berr at gæyma, at æigi verði lygi fram borin. Rettvisi a at varaz, at æigi verði með rangyndum hallað rettom dome. Friðsemi a at varðvæita, þar til er rettr domr fellr a, at æigi verði með bræði akafr afelliss domr a lagðr. En þui gæymi domarar þessa, at þetta er þui þunglegre sem gerr verðr athugt ræynt[2] i ollum domum. En at menn variz þui gorr ranga doma, þa ma varla illt varaz nema

cumstantiis temperentur, prouti judex ejusque advocati, Deo coram, ex sua conscientia, justitiæ maxime congruum esse censent, fugientes stultorum legulejorum morem, qui strictum jus in sententia ferenda se semper sequi contendunt. Etenim certo subibunt pœnas quas leges indicunt iis, qui maleficos impune dimittunt, si aut minorem, quam lex statuit, pœnam de reo sumunt, sive justo majorem misericordia dignis infligunt, propterea quod officio suo desint. Namque sat exemplorum occurrit, quod Deus in eos gravi animadverterit ultione, qui leviorem pœnam, quam par est, reis irrogarunt, graviorem tamen vindictam experti sunt judices, qui sententias nimis rigidas tulerunt. Tenue bilancis examen; Sed quo magis tenue, eo beatiores sunt qui quatuor illarum sororum modum, quæ omni justæ sententiæ adesse debent, ita assecuti sunt, ut Deo gratum, hominibus utile esset. Sunt vero illæ: misericordia, veritas, justitia et studium pacis. Misericordia prospiciat, ne ira aut odium sententiis se immisceant. Veritatis partium est servare, ne mendacia proferantur. Justitia caveat, ne pravo partium studio a justo declinetur sententia. Pacis studium curet, justa sententia donec lata sit, ne nimio fervore immatura & condemnatoria sententia pronuntietur. Hæc judices serio perpendant, eo enim difficilius videbitur, quo exactius inspicitur causa. Ut vero ab iniquis in

[1]) falla i austr eda orustur, *verbotenus: Si qui in sentinam vel pugnas inciderint, V. male.* [2]) meira gefa, *majus donum facere, V.* [3]) þeim, *illis, St.* þ. [4]) aptr at samkundu, *secundo in conviviis, V.* [5]) oc þriðia at, *et tertio in, V.* [6]) fram *V.* [7]) oc *om.* þ. *Sch.* [8]) heye *A. Th. T. I. X. V.*

---

a) *vide H. H. legg. Frost. pag.* 125, *cap.* 2, *et* 126 *cap.* 5., *unde hæc desumta sunt, sed multum immutata.*

b) *Ex legg. H. A. Gulens. pag.* 119, 120 *bona alienigenæ relicta etiam cedunt domino fundi, si per tres annos hæres non apparuerit, nec bona tres superaverint marcas; si ultra fuerint, dimidia pars Regi, dimidia domino fundi, hæreditario jure cederet.*

aura, þa a konongr þat halft er eykr, en halft [1] sa er iorð a.

& utensilia quæcunque rustica & frumenti & fæni quicquid radix adhuc tenet & arbores humo infixæ. Si bona caduca sex excederint uncias, dimidia reliqui pars Regi, dimidia fundi domino, cedit.

Capituli XVIII.

[a] Þat er nu þui næst, ef maðr verðr dauðr, þa skal arfe i anndvegi setiaz, oc gera skulldar monnom stefno, at þeir komi þar aller at siaund [2], oc have hverr sina skulld a brot, slika sem vitne ero til. Nu er eige sua mikit fe, þa skolo aller þarnaz [3], sua sem tala rennr til. Sa skal meira þarnaz, er meira atte fe. En sa er eigi [kømr til at siaunnd, sæki [4] hann sitt með vattom, ef fe er til, oc stefni eruingia til vatta sogu; en ef ekki er fe til, þa misser hann skulldar.

Titulus XVIII.

Porro aliquo demortuo, hæres primariam patrisfamilias scandat sedem, et creditores citet, ut septimo appareant die, debita sua, testibus probata, reportaturi. Quod si massa relicta non suffecerit (creditoribus), pro rata cuique eorum aliquid detrahatur. Plus ei detrahatur, cui plus debebatur pecuniæ. Septimo die non apparens debitum suum, modo suppetierint bona relicta, testibus adhibitis, exigat actione; hæredem citet ad testes exaudiendos. Si bona non suffecerint, debitum suum perdit (creditor).

Capituli XIX.

Nv er þar umaga eyrer i garðe oc male kono, þa er þat vel ef þeim vinnz baðom fe, en ef þæim vinz eige, þa skal hon missa gagngiallz oc giavar; en ef eige vinnz fe i

Titulus XIX.

Quodsi e defuncti massa bonorum relicta solvenda sint bona pupillaria et uxoriæ res, bene res se habet, si utrisque solvendis sufficiant facultates, sin minus, uxori detrahantur anti-

[1]) halft en *cod. membr., errore librarii.* [2]) siöund *Sch. T. I.* [3]) þarfnaz *E. A. X. Th. T. I.* þ. *V. Sch.* [4]) fer at siöund og kemr til, sæke *&c., qui septimo die non proficiscitur et apparet &c., V.*

a) *Hic titulus et sequens desumtus ex H. A. legg. Gul. pag.* 120, 121. *Magni Regis legg. Gul. hunc titulum et sequentem etiam habent et ulterius exponunt, adjectis quibusdam quoad creditorum apparendi impedimenta; vide legg. Gul. M. R. Ab.* 12; *Jonsb.* 18; *Chr. 4ti legg. Norv.* 12. *Hoc probat, Magnum hæc e patris sui Haconis Jarnsida desumsisse. Ascensio sedis primariæ sev patris familias hæreditatis aditionis signum habebatur. Debita demortui, non nisi testibus comprobata, solvere hæres fuit obligatus.*

alla staðe, þa skal sa mest missa er mest atte at honom, sua kona hans sem aðrer skulldu nautar. Taulo skal hava [1] til þess, nema maðr have veð i ens hveriom grip, þa a hann þann [2] fyrst at hava. Helldr skal kona missa tilgiavar sinnar, en þeir menn er fyrr atto fe at honom, en hann fenge hennar [a], þviat enge skal kono kaupa ser með annars mannz [3] fe. [Nu skal hon hava heiman fylgio sina, en umage sitt fe [4]. Nu er eige fe sua mikit, þa missi sua huartueggia, sem tala rennr til, oc fiar megin [5] er til. [b] Nu ero syner epter eða dætr, þa skulo þau skullder giallda ef þau hava fe til. Engi maðr annarra [6] nema fe take, þuiat þau skulo sua [7] gegna leiðo sem liuvo. Nu eigu þau felag saman, oc deyr anna(t)-tueggia þeirra, þa skal sua skulldom gegna sem felag þeirra var til [8].

pherna et donum (matutinum). Si in debita quævis solvenda non suffecerint facultates, maximum ille faciet damnum, cui plurimum debetur, sive uxor fuerit sive creditor. Justa adhibeatur æquatio, nisi quis in certa quadam re jus pignoris habeat, quæ ipsi præ cæteris obtinenda cedat. Uxor potius antiphernorum jacturam faciet, quam creditor pecuniæ, marito, antequam matrimonium cum uxore contraxerat, creditæ; necui enim ære alieno uxorem sibi coemere liceat. Uxor dotem, pupillus bona sua referat. Si bona demortui non tanta fuerint, utrique pro quantitate debiti et bonorum relictorum, pro rata, aliquantum detrahatur. Si decedens filios filiasve reliquerit, hi debita demortui, propriis bonis, si quæ fuerint, persolvere tenentur; æque enim commoda & incommoda perferre debent; cæterorum hæredum nemo, nisi bonis hæreditariis, debita persolvant. Si frater sororve, communione bonorum facta, decesserit, debita solventur, ex utriusque parte, pro ratione bonorum in communionem delatorum.

Capituli XX. [c]

Enn [9] ef maðr kallar til arfs sins, oc iatar hinn [10] at hann er þess mannz sun, er hann

Titulus XX.

Cum quis hæreditatem sibi vindicare intendit, possessorque hæreditatis vindicantem ejusdem

1) hann hafa, *habeat*, þ. *Sch.* 2) þann *om.* þ. *Sch.* 3) mannz *om.* þ. 4) *Hæc a* [*om. St.*; *et* þ. *Sch. usque ad:* sua mikit þa. 5) fiarmagn þ., fiarmegni *E.* 6) annars *V.* 7) sua *om. V.* 8) var giort *V.* 9) Nu *St.* 10) hun, *illa*, þ. *Sch.*; honum, *ei*, *V.*

a) *cfr. not. ad Kvg.* 1.

b) *Beneficium inventarii liberis demortui hic, ut et in legg. H. A. Gul. l. c., denegatum iis concessit Rex Magnus, suis legibus. l. c.*

c) *Hic titulus desumtus e legg. H. H. Frost. pag.* 127, 128, *cap.* 7. *cfr. M. R. legg. Gul. Eb.* 17, *Jonsb. At.* 25.

seger, oc til arfs kominn, oc er hann innan lanz getenn, þa gange hann til foður arf(s) sins, en sa er eige kallar hann arfa, þa fære sa hann fra með loglegom vitnom. En ef hann dular [1], at hann se þess mannz sun, sem hann seger, [þa skal hann kueðia fiar hallz mann, oc æiga dom einn til, oc niota vitna sinna, at hann er þess mannz sun, sem hann seger [2], oc til arfs kominn. En ef hann er utanlandz [3] borinn, þa skal hann kueðia foður arfs sins, eða þess arfs er hann kallar til, oc nioti vitna [4] sinna, at hann se til arfs gorr, oc æiga skila dom til, nema hinn vile fyrre af lata. Huervitna þess er jafnnaner [5] ero hinom dauða, karl sem kona, þa skal kona fra ganga en karlmaðr [6] til, ef þau ero bæði i baugillde eða nefgillde [a], en ef hon er nanare, þa kemr hon fyrre til arfs; en baugilldis menn ero fyrre i arfe [7] en nefgilldis menn, huart sem er karl [8] eða kona.

ac prætendit viri filium & hæredem competentem esse affirmat, hic, si in Islandia genitus sit, patris sui relicta adeat bona. Si quis vero vindicantem non hæredem esse contenderit, testibus legitimis admotis eum removeat. Si negaverit alter, vindicantem ejusdem ac prætendit viri filium esse, hic bona tenenti diem dicat, et judicio coram, testibus suis fultus, probet, se ejusdem ac prætendit viri filium esse hæredemque competentem. Quod si peregre natus fuerit, paternam suam & quamcunque aliam vindicandam hæreditatem reclamet, testibus suis adjutus, probantibus, eum justum esse hæredem, de quo etiam, nisi renuens prius cesserit, judicio coram dispiciendum est. Ubicunque vir fæminaque in eodem propinquitatis gradu demortuo conjuncti sunt, et utrique vel agnati vel cognati, fæmina hæreditati expellenda, vir admittendus. Illa si propior fuerit gradu, prior hæreditati immittitur. Agnati vero, sive vir sive fæmina, cognatis in hæreditate acquirenda præferuntur.

Capituli XXI.

[b] Þetta skal dotter hava af moður arfe sinom ef broðer lifer: klæði oll nema guð-

Titulus XXI.

Filia, fratre vivente, maternæ hæreditatis vestimenta cujuscunque generis capiat, præter

[1]) dvalar, *tardaverit*, *V.* [2]) *a* [*om. A. Th. T. I.* [3]) erlendis *A. Th. X. T. I.* [4]) motvitna *St. male.* [5]) jafnir *A. Th. T. I.* [6]) karlbarn, *puer*, *V.* [7]) til arfs *V.* [8]) karlmaðr *V.*

a) Bauggildi eða nefgildi *agnatio vel cognatio. Has voces in antiquis, tam Norvegicis quam Islandicis, legibus sæpe obvias Rex Magnus suis legibus non intulit, quasi respicientes ad homicidii satisfactionis distributionem in familias. Attamen ille marem fœminæ ejusdem propinquitatis in successionibus ubique prætulit.*

b) *Hic titulus omnino convenit H. H. legg. Frost. pag.* 128, 129. *Quoad voces minus usitatas, quæ hic occurrunt, et magnopere ad vitam antiquitatis*

vefiar skik(k)ior, oc uskorinn klæðe oll, þat a broðer. En af klæðom skal broðer taka gull allt ef hann vil; en vefiar skikkior oc assala [1] alla oc typt klæðe [2], oc væiguð [3] oc lesin, þa a dotter, oc fiaðr klæði oc dunklæði. En ef vefr stenndr uppi [4], þa a sunr þat sem ovit er, en dotter þat sem v ovet er. Sunr a setklæði [a] oll oc bekklæðe [5] oc kǫgra [6] oc husbunað, en yferbreizl a dotter ef moðer atte, en sunr a ef faðer [7] atte. Dotter a sauði fim oc lin allt oc garn oc fim reyfe ullar oc gæs, en sunr a þat sem auk er [8]. Klæða ilat oll a dotter, þau er moðer atte. Ros [9] skal dotter hava eða kingo [10], hvart sem hon vil, eða briostbunað hinn bazta, ef eige er or gulli gor, oc nisti oll, ef vegr (eyre) [11] eða minna, af silfri gor, oc stæina þo at silfr se i. Oll þau ker er konur drekkaz a yfer þuert golf, heima at hibylom sinom, þat æigo dætr, oc deiliker [12] þo at silfr se a, en sunr a silfrker. Munlaug eina skal dotter hafa, nema rekenndr se gor [13] a meðal, þa skal hon hava baðar.

pallia bombycina et vestimenta omnia in usum non aptata, quæ fratri cedunt. Aurum vestimentis applicatum frater si voluerit auferat, sed pallia texta, peristromata quæcunque, vestes anaglypticæ et machina vel acu textæ ut et culcitæ plumâ tam viliore quam mollissimâ refertæ filiæ cedunt. Si textum instaret, filius quod textum est, filia nondum texta habeat. Filius stragulas et sedilis et scamni capiat, ut et aulæa fimbriata tentoriaque parietum. Instrumenta vero lecti si matris fuerint, filia, si patris, filius habeat. Oves quinque, lini quicquid, fuerit, et netum quod est, ut et quinque lanæ vellera et anser cedunt filiæ, horum quod superest filius capiat. Arcas vestiarias, quæ matris fuerunt, filia habeat. Filiæ rosa defertur vel fibula si maluerit, vel ornatus pectoralis qui optimus est, modo auro non factus fuerit. Omnes adhæc lunulæ monilium argenteæ, (unciam) vel minus ponderantes, ut et gemmæ, argento quamvis infixæ, et pocula omnia, quibus fœminæ domi in gynæceis per transversum pavimentum propinantur, cedunt filiabus. Vasa adhæc calceata (calices) quamvis argento ornata filia, sed argentea filius, habeat. Unicum filia capiat malluvium, nisi per clavos dua fuerint conjuncta, in quo casu utraque cedunt filiæ

[1]) askala *V.* afsata *Sch.* [2]) trypklæði *V.* [3]) vævgin *legg. Frost.* [4]) stenndr uppi, *om. V.* [5]) beckbeði, *pulvinaria scamni, V.* [6]) kofra, *velamen capitis, V.* [7]) sonr *V.* [8]) umfram er *E. A. X. Th.* þ. *V. St.* [9]) Ross þ *Sch.*; Hross *V. Apographa E. St. et legg. Frost. legunt* Kross, *crux.* [10]) kvigu, *juvenca, V.* þ. *Sch* [11]) eyre *om. A. Th. T. I. St.* þ. *Sch. et ipse cod. membran. cum lacuna. Ex apographis E. X. V. h additum est.* [12]) deilyker *St.*, dælckier *V.*, hæliker *E.* [13]) giört (*in neutro*) *V.*, gorr *Sch.*

domesticam illustrandam faciunt, adeatur index vocum.

a) særklædi *prave legit Pausius in legg Frost. l. c.*

Capituli XXII.

[a] Sialfr skal hverr raða fe sino meðan hann ma sitia i andvegi sino, sua kona sem karl maðr. En ef maðr verðr sua vanuita, at þat syniz nafrændom[b] hans, at hann kunni eige at raða fire fe sino, þa varðvæite sa er arfe er næstr, en þat fe skal eige selia fra þæim er a[c]. Af þui fe skal honom fa alla at vinno, sua sem þeirra er beggia sæmð i[1].

Titulus XXII.

Bonis suis prospiciat quisque, tam fœmina quam vir, dum in sede sua herili sedere potis est. Si quis tanta tenetur fatuitate, ut cognatis ejus proximis haud par videatur bonorum suorum curæ, hæreditati proximus ea conservanda & curanda suscipiat. Hæc vero bona e dominio fatui ne abalienentur, sed curator ei inde sustentationem, utrique decentem, capiat.

Capituli XXIII.

[d] Maðr hverr er arf a at sækia, þa skal hann sott hava allan innan XII manaða, fyrr en hann se halfðritogr at alldre. En ef hann sitr innan landz, til þess er hann er halfðritogr at alldre, oc hever hann[2] eige sott, þa a hann enga upp reist þess mals siðan. En ef arfr tæmiz manni[3], þa skal hann sott hava a X vetrum næstom efter þat er arfr tæmiz, ef hann er innan landz. En ef hann hever eige sott, þa hever hann fire faret[4] sok sinne, oc sua skal[5] um all-

Titulus XXIII.

Quicunque hæreditatem vindicaturus actionem circa eam totam instituat intra menses duodecim, antequam vicesimum quintum compleverit annum. Quodsi in Islandia degens actionem nondum, vicesimo quinto ætatis anno completo, instituerit, causa sua cadat. Circa delatam cui, in Islandia modo degenti, hæreditatem, ille actionem in decem, proxime hæreditatis delationem subsequentibus, annis instituat, quod si neglexerit, ejus agendi jus in posterum præscriptum est. Idem quoad omnes actio-

[1]) sæmde, *deceat, V. St.* [2]) hann, *in margine cod. membr., om. A. Th. T. I. X.* þ. *Sch.* [3]) meir, *magis, St.* [4]) hever eige sótt hann, eða fyrirfarit *&c., quodsi hæreditatem non vindicaverit vel causam suam perdiderit, V. male.* [5]) skal *om.* þ.

---

a) *desumtus est hic titulus e H. H. legg. Frost. pag.* 135, 136, *cap.* 20.

b) nafrændom. *Hic legg. Frost. habent:* bauggildism. oc nefgildism.

c) *Sequentia tituli Pausius in legg. Frost. l. c. minus recte ita exprimit:* men han skal deraf udlægge til begge deres sömmelige Forflegning, *quasi hæres proximus a bonis fatui suum etiam caperet sustentationem, quod minime sensus est, sed ut suppeditet fatuo sustentationem pro ipsius dignitate, nec tam parce, ut ipse suppeditans sordis argui possit.*

d) *cfr. H. H. legg. Frost. pag.* 140, 141.

ar fiarsokner, er maðr a at sækia. En ef maðr er utanlandz, þa have hann sott fe sitt a X vetrum hinom næstom, siðan hann kom aftr. En ef maðr ferr af lande, oc spyrr arfe andlat hans, oc hever vitne fram a[1] fimtar stefno, er þeir menn bera, er annattueggia[2] varo i for með honom, eða spurt hava sannlega af þæim er i for varo með honom, oc þeir sogðu sua, at þeir visso þat sannazt fire guðe um þat mal, þa site hann[3] i arve, ef hann fellr i fra, til þess er þat reynez sanare[4] at hinn lifðe er fe atte, þat mund er sia anndaðez er i arf hafðe sez fyrst.

nes rei persecutorias valeat. Peregre versans decem reditum ejus proxime subsequentibus annis actionem suscipiat. Peregre degentis mors ubi hæredi proximo nuntiatur, qui ideo quinque dierum citatione adhibita testes producit vel comites peregrinantis, vel eos, qui a comitibus itineris certum obtinuerunt nuntium, asseverantem, hoc sibi, Deo teste, hac de re verissimum innotuisse: hæres hæreditatem teneat, donec eo demortuo probatum sit, dominum bonorum eo temporis momento in vivis fuisse, quo possessor hæreditatis, eam occupans, diem obiit supremum.

Capituli XXIV.

[a] Enge maðr skal i uuirðan umaga eyri setiaz, oc eigi konu fe[b] uvirt taka, en ef uvirðr er tekinn, þa skal umage, þegar hann er fulltiða, krefia fiar sins, þess allz, er hann fær[5] skilrik tueggia manna vitne til, oc þeir mego sueria, at sua mikit tok fiar-

Titulus XXIV.

Nec bona pupillaria sine facta taxatione, nec dotem uxoris, nondum æstimatam, quis suscipiat. Si (bona pupillaria) nondum æstimata suscipiuntur, pupillus, majorennis factus, bona sua reclamet omnia, duorum proborum virorum testimonio usus, qui jurejurando probare

[1]) oc, *et*, *A. Th. X. T. I.* [2]) annartveggia *V. St.* [3]) þa site her *&c.*, *hic teneat*, *St* [4]) sannara *A. Th. T. I, X. V. bene.* [5]) hefir *A. Th. X. I.*, fær *om. T.*

---

a) *Quoad hunc titulum confer. H. A. legg. Gul. pag.* 123; *H. H. legg. Frost. pag.* 136, 137 *seqq.*; *M. R. legg. Gul. Eb.* 14; *Jonsb.* 20. *seqq.*

b) kono fe, *dotem scilicet, quæ semper reddatur, sive hæredibus uxoris, si maritus eam supervixerit, sive unacum antiphernis uxori superstiti. Dote æstimata antipherna etiam æstimabantur, hæc enim illius dimidiam partem, ex regula, æquabant, unde in legg. Frost. semper vel sæpissime dicuntur* þriðiungs auki, *augmentum trientis. Præter dotem et antipherna uxori etiam forsan fuerunt cimelia quædam ei propria* (þing hennar) *et donum matutinum* (giof). *Tum antipherna cum donum matutinum uxoris fuerunt, sub conditione, si maritus suum supervixerit, et ad debita communia solvenda suppetierint bona relicta, unde neutrum, ut opinor, hic æstimationi subjiciendum.*

halldz maðr hans vvirt, oc luki þa upp huern penning, epter þui sem þeir vilia[1] bera oc suara fire guðe, oc sua skal um kuenna fe, oc allan þann arf, er menn æigo vorð at væita. En ef þau fa eige vitne til sins mals, þa leggi sa fram er fe tok, sua mikit sem hann vil suara fire guðe, oc sveri fullan æið, en tueir skilrikir menn sanne mal hans, at eigi vitu þeir annat sannare, at þa hever hann greitt iafnmikit oc iafn gott sem hann tok.

Sa skal umaga eyri varðvæita er næstr er erfðom, ef hann hever fullar vorðzlur fram at leggia. Þa[2] take sa i ættenne er þar er einn næstr erfðum, ef hann hever uorzlur til at leggia imote[3], oc þar til skal umaga eyrer fram fara i ættena at rættu erfða tale, er fullar vorzlur koma at mote, oc have slikan forlags eyri, sem skynsamir menn sia, at hann se vel hallden af, oc umagenn megi vel orka. En ef umaga misser við, þa take sa erfð er erfðom er næstr, hverr sem fiar halld hever haft. En sa maðr er fiar halld a umaga, þa viliom vær at hann taki eige fleiri umaga a henndr ser en hann orkar, oc se sektar laust við konong, þo at fleiri[4] se til en hann megi við taka, þegar hann

sustinent, tutorem ejus tantas, sine taxatione, suscepisse facultates, qui tum etiam bonorum pupillarium nummulum quemcunque persolvat, prout testes, Deo coram, testificare & probare audent. Quoad dotem uxoris & quamcunque curæ alicujus demandatam hæreditatem, idem juris esto. Testibus deficientibus, bona suscipiens tantum reddat, quantum se suscepisse, Deo teste, asseverare potest, justo functus juramento, et duobus probis viris simul eocum probantibus, eum, quatenus iis innotescit, tantum & quoad quantitatem & quoad bonitatem ac accepit reddidisse.

Bona pupilli curanda suscipiat qui hæreditati (post eum) proximus fuit, si modo sufficientem præstare possit hypothecam. (Sin minus) tutela bonorum pupilli deinde devolvitur ad propinquum hæreditati tum proximum & sufficientem. Sic bona pupillaria in familiam descendunt, juxta juris hæreditarii rationem, hypotheca donec sufficiente secura fiunt. In pupilli alimoniam tanta præfinienda sunt bona, quanta viri prudentes constituunt, ita ut & (tutor) satis bene habeat & pupillus sospes agat. Si decesserit pupillus, hæreditati proximus, quicunque tandem tutor fuerit, relictam ejus adeat hæreditatem. Tutor ex lege proximus, ut plures, quam par est, pupillos curandos suscipiat nolumus, nec in regem multæ tenetur tutor, plures quamvis fuerint pupilli, quam su-

[1]) þa, *tum, interp. A. Th. X.* [2]) þar næst, *deinde, V.* [3]) vorzlur til fram að leggia *V.*
[4]) menn *interponit A. Th. X. T. I.*

hever sua marga sem fe hans vinz til viðtoko oc forlags; en þeir umagar, er hann ma eige við taka, þa fare fram i ǫtt, oc take foður frændr við, þeir sem næster ero, oc fe have til, en ef þeir taka eige við, þa suare slikom[1] sectom, sem hinn fyrre, ef hann hefðe fe til, oc villde eige við taka.

scipere par est, si modo tot ei curandi inhærent, quot bona ejus alendos recipere sustinent. Pupilli, quos recipere non par est, in familiam progrediantur, et paterni eorum propinqui proximi & sufficientes eos recipiant curandos. Qui si non receperint, eadem tenentur mulcta ac primus, si, facultatibus quamvis pollens, recipere noluissset.

Capituli XXV.

[a] Sva skal korlom skipta oc kerlingom sem oðrum skulldom[2], en bornom þeirra oc fe[3] skal sa[4] veita vorð, er arve þeirra er næstr, hvart sem halldz maðr[5] er helldr karlmaðr eða kona, þa skal enge[6] i ovirðan eyre setiaz. Færi oc enge fe vmaga or fiorðunge[b], nema hann fae vorðzlu mann þann er þar eige iarðir, at þar[7] se fe golldit sem hann tok, ef umage er rætnæmr. Nu virðiz þar fe sua, at þar er innstæðo eyrer fullr, III merkr[c] fire vmaga hvern, eða

Titulus XXV.

Decrepitorum tam senum quam anuum sustentatio ex eadem regula (in familiam) distribuatur ac debita solent. Liberos eorum & bona curet hæreditati proximus curator bonorum, sive vir fuerit sive fœmina, nequis tamen nondum æstimatas facultates suscipiat. Bona curandi extra quadrantem (insulæ) nequis transferat, nisi fidejussorem præstet fundorum id loci sitorum dominum, qui spondeat bona reddita iri in eodem ubi suscipiebantur loco, curandus modo juris personalis sit capax.

[1]) þvilikum *V.* [2]) skylldmonnum, *familiares*, *V.* [3]) oc fe *om. V.* [4]) sa *om. V.* [5]) fiarhaldsmaðr, *tutor v. curator*, *V.* [6]) eigi þo, *non tamen*, *V.* [7]) oc þar *&c. A. Th. X. T. I.*

---

a) *Hic titulus desumtus est ex H. A. legg. Gul. pag.* 121, *cap.* 2.

b) or fiorðunge. *Islandiæ respectu, quæ in quadrantes dividitur. Leges Gulenses l. c. hic habent* Fylki.

c) III. merkr. *Quales marcæ? marcæ triplices fuerunt: marca mercium legalium, octo uncias legales (sex ulnarum) continens; marca argenti defœcati, octuplo majoris pretii, et marca argenti legalis, paulo plus quam quadruplo majoris pretii. Hanc non illas hic innui opinor. Centenarius* (2½ *marcæ seu* 120 *ulnæ) argenti legalis, ex Gragasæ Kb.* 84 *æqualis pretii fuit cum quatuor centenariis et viginti ulnis* (500 *ulnis) mercium legalium; hinc tres marcæ argenti legalis æquales fuerunt cum quinque centenariis mercium legalium, quod omnino convenit cum constitutione Magni Regis in Jonsb. Kb.* 21, *ubi quinque centenarii definiuntur ut caput pupilli, nec augendum nec minuendum. Huc facit, quod Legg. Gul. M. R. Eb.* 15, *ubi pro capite quatuor marcæ definiuntur, addunt:* silfrs ɔ: *argenti. Hinc* hálfrar merkr ból

meira, þa skal þat fe taka, oc skal þat hvartke vaxa ne þuerra, giallde slikt sem hann tok. Nu ef eige vinnz instæðu eyrer, þa skal umage neyta halfrar merkr a XII manaðom, til þess er hann er XII vetra gamall, þa skal hann vera matlauni siðan. Umage skal neyta halfrar merkr[1] i iarðleigo. Su virðing skal vera a iarðleigo, er hit fyrsta ar[2] var virð, huart sem þuerr eða vex fiarhalld. Maðr skal eige selia oðrom fe at hallda, en ef hann selr, þa a umage kost at ganga a henndr huarom sem hann[3] vil at hæimta sitt. En ef umage a halfrar merkr bol iarðar, þa er þat innstæðo eyrer. En ef maðr lætr umaga (eyri)[4] lausan, nema dæmðr se or hennde honom a domi, þa skal hann setia sitt fe fire, þuiat skulld er engi golldin nema vattar vite, en ef hann dular[5], þa verðr hann giallda aðra.

Si bonorum pupillarium caput, facta æstimatione, tres vel majus, pro quovis pupillo, æquivaleat marcas, tutor ea suscipiat bona, nec augenda nec minuenda; tantum reddat quantum accepit. Si bona pupillaria legitimum caput non effecerint, pupillus semimarcam quotannis, ad ejus duodecimum usque annum, consumat, deinde sustentationem suam operibus acquirendi par habeatur. Pupillus fundi locati locariorum semimarcam consumet. Eadem quæ primo facta est fundi locati mercedis æstimatio valeat, bonorum pupillarium caput in posterum sive auctum sive deminutum fuerit. Nequis tutor bona (pupillaria) alii tenenda tradat, quod si fecerit, pupillo optio datur, a quocunque voluerit sua repetere. Pupillo si tantum fuerit fundi, ut annua locaria semimarcam efficiant, id pro capite usurario habeatur. Si quis bona pupillaria alicui tradiderit, judicum sententia in id non obligatus, ex propriis facultatibus pecuniæ tantum restituat pupillo — Æs quippe alienum haud rite, nisi testibus adhibitis, solvitur — recipiens si se accepisse denegaverit, (tutor) bona restituat.

[1]) merkr *om. A Th.* [2]) ar *om. V.* [3]) hu. manni er hann *&c. A. Th. X. T. I.* [4]) eyri *om. X. V.* þ. *et ipse cod. membr. Ex apographis E. A. St. Sch. Th. T. I. adscivi.* [5]) dilur *V.*

---

mihi est fundus, unde quotannis locariorum nomine semimarca argenti legalis, sev 100 *ulnæ mercium legalium, solvitur. Semimarcam argenti legalis pupillus quotannis consumat, quod ex Jarnsida respondet sexta capitis parte, ex legibus Gulensibus tantum consumat quantum octavam capitis partem efficit, sed ex Jonsboka decimam capitis partem o: decem uncias, quod et melius convenit legibus Islandorum antiquis, Grg. Kb.* 1, *ubi definitur locaria legalia esse duas uncias e centenario sev viginti unciis, unde e quinque centenariis, capite minimo non minuendo, proveniebant decem unciæ pupillo quotannis consumendæ. vide pag.* 89 *not. postea.*

Landabrigða-balkr [1].

Capituli I.

[a] Hvar sem ungom manne tæmiz land i erfð eða at giof, þæim er eige [2] a varðveizlo fiar sins, oc selr fiarvarðvæizlo maðr hans i brot, þa a hann brigð til þess landz, hvart sem er eitt eða fleiri. Hann skal land brigð hefia [3], þa er hann er XVI vetra [4] um sumarit aðr. Nu a hann fleiri lond at brigða, þa skal hann brigða land a XII manaðom, þar til er hann er tuitugr. Eige stenndr þat mal lengr. Kost a hann at selia oðrom manne i hendr [5] at brigða land, ef hann vil [6], þæim [7] er hinom er eige ofrikis maðr er við hann a.

Ef sa maðr [8] er utan landz er landz brigð tæmiz ut her, oc kœmr ut fulltiða, þa skal hann landz brigð upp hefia [9] um haustet þegar hann kømr ut [10]. Nu a hann fleiri lond at brigða, þa skal hann brigt hafa oll þa er IIII vetr ero liðner.

Sectio de fundis reluendis.

Titulus I.

Ubi fundus vel ex jure hæreditario vel ex dono defertur pupillo, tutorque ejus hunc fundum abalienat, ille, sui juris factus, fundum, sive unus sive plures fuerint, retrahendi jure gaudeat. Actionem circa fundum reluendum instituat, cum æstate antecedente sedecim compleverat annos. Si fundi retrahendi plures fuerint, unicum quotannis ad vicesimum ejus annum retrahat, quo peracto jus agendi præscribitur. Ut juvenis alteri actionem committat, fas est, ei tamen, qui fundi possessori nimiam non probet violentiam.

Ubi jus fundum his in terris reluendi alicui peregre agenti defertur, qui deinde redit, cum majorennis factus est: actionem de fundo reluendo instituat autumno reditum ejus proxime subsequenti. Si plures ei fuerint fundi reluendi, omnes redemti sint, cum quatuor (ab ejus reditu) hiemes peractæ sunt.

[1]) *Hæc inscriptio non a cod. membr. derivatur, et incertum est an librarius hic sectiones diviserit, cum litera initialis ceteras aut nihil aut paululum tantummodo magnitudine excedat. Secunda manus novum capitum numerum incipit.* [2]) eige *male om. A. Th. X. T. I.* [3]) landit brigdt hafa, *reluitionem fundi perfecisse, V.* [4]) gamall *add. A. Th. X. T.* VI vetra gamall, *sex compleverat annos, I.* [5]) hond (*in sing.*) *A. Th. X. T. I.* [6]) ef hann vil *om. A. Th. X. T. I.* [7]) þann (*in acc.*) *V, male.* [8]) En ef maðr *&c. A. Th. X. T. I.* [9]) uppbyria *Sch.* [10]) fulltiða *add. E. St.*

---

a) Hunc titulum e Gragasa isl. Lbb. 1. *desumtum opinor, iis tantum immutatis quæ ad processualia pertinent, et succisis plurimis supervacaneis. cfr. etiam Jonsb. Lbrb.* 1.

Ef maðr vil land brigða, þa skal hann fara um haustet[1] til bæiar þess, er sa byr a, er land kallaz eiga, oc segia honom við vatta, at hann vil land þat brigða; þetta skal hann gort hava fire iola nott, huarge sem hann finnr hann. Hann skal stefna honom til iarðar þeirrar er hann brigðir tysdag epter paska viko, oc flytia þar oðals vitne sin. En ef honom beraz oðals vitne at logfullo[2], þa skulo domendr dæma honom iorð þa, en hinom slika aura sem skynsamir menn meta i mot iǫrðu, oc þa aura ræiða. Nu kømr hinn eige til, er stefnt var, þa skal sækiande lata bera stefno vætte sitt, oc syna aura, oc have at lane til þess er[3] hinn heimter, oc abyrgiz at sinom handa verkom. Nu ef honom fellz þessi brigð[4] fire nauðzsynia saker[5], þeirra er skynsamer menn meta, þa brigðe hann þeirri iorðo, sua sem nu er mællt, þott siðarr[6] se.

Reluitionem fundi suscipiens prædium adeat, ubi habitat ille, qui pro fundi domino se gerit, & testibus adhibitis ei declaret, se fundum retrahere velle. Hoc ante noctem natalitiorum Christi peragat, ubicunque contrarium suum tandem invenerit. Hunc in fundum reluendum citet, in diem Tiri (Martis), qui Paschatos hebdomadem proxime subsequitur, ubi testes, qui jus ejus odelicum probent, producat. Si testes jus ejus omnino comprobaverint, judices fundum ei adjudicent, sed contrario ejus tantas mox solvendas pecunias, quantarum viri prudentes fundum æstimant. At citatus si non apparuerit, tum agens testes de facta citatione produci faciat, pecuniasque (solvendas) monstret, quas deinde, donec reclamat alter, quasi ex commodato teneat, earum ad interim, quoad propria facta, sustineat periculum. Si per impedimenta, quæ a viris prudentibus (legalia) æstimantur, reluitio fundi impeditur, ex jam allatis regulis, etiam serius, eum retrahendi jure gaudet.

Capituli II.

[a] Ef maðr vil selia oðrom man(n)i land sitt við verði, þa skulo þeir kueða a um merki með ser, um land oc skoga oc engiar

Titulus II.

Cum quis pretio (definito) fundum suum alteri vendere parat, contrahentes inter se definiant terminos & territorii & silvarum, & pra-

[1]) um haustet *om. A. Th. X. T. I.* [2]) at iafnfullu og logfullu *V.* [3]) er *om. A. Th. T. I.*
[4]) brigði (*neutr. pl.*) *V.* [5]) sakar þ. [6]) siðan *X.*

---

a) *Hic titulus etiam verbotenus desumtus est e Gragasœ Lbb.* 2.

oc reka, væiðar oc afrættir, ef ero, oc allra gæða skulo þeir geta, þeirra er þui lande eigo at[1] fylgia, þo at þat se i[2] onnor laund, æða aðrer menn eige þannig not[3]. Siðan skulo þeir i henndr takaz oc kaupa með vatta tua eða fleiri. Hann skal hanndselia honom land, með þæim[4] ummerkiom halfom sem landeno eigo at fylgia. Hann skal heimila[5] honom fe þat allt, sem þar kann finnaz i iorðu oc a iorðu, nema eigendr verðe til. En ef land er eige við vatta handsalat, þa er sem ukøypt se, en annar hvarr skal rift hava innan XII manaðe, ella er fast kaup[6], en sekr[a] VI aurom hvarr þeirra við konong, er þeir kaupa[7] vatta laust.

torum & litorum & venandi locorum & pascuorum montanorum, si quæ fuerint. Omnium etiam mentionem faciant servitutum, ad fundum venditum in fundis alienis pertinentium, ut et si aliis in eo fundo servitus fuerit. Junctis deinde dextris, emtionem venditionem in duorum pluriumve testium præsentia perficiant. Venditor emtori manu data tradat fundum, cum terminorum ad fundum pertinente dimidia parte. Bona quæcunque et e terra effodienda & in superficie invenienda domino modo vacua, ei justo titulo tenenda tradat. Fundus si in testium præsentia non traditur, emtio venditio pro irrita habeatur, per annum vertentem alteruter ab ea recedat, sin minus, rata maneat, sed uterque sine testibus contrahentium sex unciarum multa in regem tenetur.

Capituli III.

[b] Ef maðr selr land fire fardaga, eða a miðiom misserom, þa a hann allar landz nytiar til fardaga sem aðr, nema fra se scilt i kaupi, oc sua reka alla, oc fe þat er finnz i iorðu oc a iorðu[8], en sua skal hann skog hǫgga sem leigu maðr. Hann scal land

Titulus III.

Fundum ante dies migrationum, vel semestribus dimidiatis, vendens, omnes ejus proventus, per contractum non exceptos, ut & ejectamenta maris, et res in terra & supra terram inventas, ad dies migrationum usque, ut antea, capiat. Coloni conductitii instar silvam cædat. Fundi

[1]) eigo at *om. V.* [2]) eigi þ. *Sch.* [3]) not, *cod. membr. in margine sine signo;* þau mot *V;* not *om. A. Th. X. T. I.* þ. *Sch.* [4]) þessom, *illorum, St.* [5]) *sic cett. (?),* heimilega *cod. membr.* [6]) kaup þeirra *A. Th.* [7]) keyptu (*in perf.*) *A. Th. X. T. I.* [8]) iorðu *om. V.*

a) en sekr *&c. Multa Gragasæ ob testes non adhibitos tres marcæ deferuntur agenti non Regi, sed tres marcæ mercium legalium cum sex unciis argenti legalis conferendæ. cfr. pag.* 82 *not. c &* 89 *not. b.*

b) *Hic titulus desumtus e Gragasa island. Lbb.* 2. *est in fine* (*II. pag.* 216.)

abyrgiaz við ellde oc skriðom oc votnom, oc ollom spellom[1] til fardaga. En ef aðrer menn skeðia þar iorðu[2], eða gera þar onnor spell[3] a lande, þa a hann sok a þui, en hinn ef hann vil eige.

etiam periculum, igne, nivis vel montium ruinis & aquis causatum, et quodcunque aliud ejus detrimentum, ad dies usque migrationum ipse sustineat. Si alii fundi territorium interim læserint, vel detrimenti aliquid ei intulerint, in eos agendi jus habeat venditor, quo nolente actio emtori cedit.

Capituli IV.

[a] Kona skal eige land selia nema lograðande hennar lofi; nu selr hon, þa a lograðande kost at ripta: hann scal segia usatt sina a kaupe a þeim XII manaðom er hann væit, ella er kaup þeirra fast; en ef kaup[4] rofnar, þa a sa er keypte heimting at henni allra slikra aura sem hann reiddi henni, oc sua a hverr at sinom selianda, ef at solom ferr. En sa er land keypte er sekr III morkom við lograðanda hennar. Nu þarf kona at selia land sitt til skullda eða umaga biargar[5], þa skal hon bioða lograðanda sinom, ef hann er uhættr skullda nautr, en ef hann ma eige kaupa, eða vil eige[6], þa skal eige banna at hon seli oðrum við fullvirði.

Titulus IV.

Fœmina, nisi curatoris sui legitimi consilio, fundum ne vendat; si vendiderit, curator venditionem ejus rescindere jus habeat. In duodecim illis mensibus, quibus de venditione certior factus est, sese eam improbare declaret, quo neglecto, emtio venditio rata maneat. Emtione venditione rescissâ, emtor tantas a fœminâ exigat pecunias, quantas in eam contulit, et ita emtorum quisque a suo venditore, si per plures emtiones venditiones fundus transferebatur. Emtor (primus) in fœminæ curatorem trium marcarum multa tenetur. Si ad debita persolvenda vel alendos sustentandos fœmina fundum suum vendere necesse habuerit, hunc curatori suo legitimo, modo debitor sit idoneus, primum emendum obferat. Hic si emere vel non potuerit vel noluerit, fœminæ haud prohibendum alii fundum justo vendere pretio.

[1]) spiellum *V.* [2]) *pro* þar iorðo *V legit* þa. [3]) spiell *V.* [4]) þeirra, *eorum, interp. X.*
[5]) biargiar (*h. l.*) *cod. membr.* [6]) ne vill eigi *V.*

---

a) *Desumtum e Gragasæ l. c.*

Capituli V.

[a] Sva er mællt, þar er maðr[1] selr land sitt oðrom manne, [oc vil hann leggia a logmala[2], þa skulo þeir hanndsalaz við þann mala, sem þeir verða a satter. Þat er logmale a lande, at hann skal eiga kost[3] at kaupa fyrst[4] landet at sliku uerðe, sem annarr[5] byðr við, þa er lanndet er falt. Vera ma oc sa male a lande, at þeir kueði sialfer a, hverso dyrt vera scal þa er falt verðr; þann mala scal hann lysa fire grǫnnom sinom fim(m), oc hit næsta sumar epter a alþinge, sua at logmaðr heyri. Eige þarf hann optarr at lysa þann[6] mala, meðan vattar liva, oc þeir villaz eige.

Titulus V.

Ubi quis alteri fundum suum vendens, hunc pacto protimeseos obstringere cupit, contrahentes dextris junctis, pactum protimeseos, ut inter eos convenit, stipulari debent. Pactum protimeseos juste constitutum est, si stipulatum fuerit, vendentem jus habere, fundum, cum venalis fit, eodem primum emere pretio, quod tertius obfert. Eo pacto adjecto emtionem venditionem fundi etiam circumscribere fas est, ut fundi, cum venalis fit, pretium ipsi (contrahentes) definiant. Hoc pactum & coram accolis suis quinque denuntiet, & æstate subsequenti in comitiis generalibus nomophylace exaudiente recitet. Pactum protimeseos, testibus viventibus & non turbatis, sæpius denuntiare non necesse habet.

[b] Capituli VI.

Nv vil maðr leggia[7] logveð i land mannz, huart er þat er fire landz verð eða aðra aura, þa skulo þeir handsalaz við. En þat er logveð, er hann skal taka sua marga aura, sem skynsamir menn virða við bok at hann se vel halldenn af; en þat skulo þeir gera fimta dag þan(n) er VII vikur ero af sumri,

Titulus VI.

Si quis fundum alienum, vel in securitatem pretii pro fundo solvendi, vel aliarum pecuniarum oppignorare voluerit, contrahentes dextris junctis stipulari debent. Oppignoratio (fundi) legalis est, cum constituitur creditorem tantas (in fundo) pecunias capere debere, quantas viri prudentes ad librum (sanctum) æsti

[1]) ef maðr &c. *V.* [2]) a [om. *A. Th. X. T. I.* [3]) fyrstr *interp. V*; fyrst *interp. A. Th. X. T. I.* [4]) fyrst *hoc loco omittunt A. Th. X. V. T. I.* [5]) hann, *ille*, þ. *Sch.*, *sed male.* [6]) þeim (*i dat.*) *E. A. St. X. V. Th. T. I.* [7]) þar maðr vill leggia &c. *V.*

---

a) *Hic titulus fontem agnoscit Gragasam isl. Lbb.* 12. (*II, pag.* 234).

b) *vide Gragasam l. c. II. pag.* 234, 235.

hit sama var, sem hann misti fiar sins [1], þa eignaz hann sua mikit fe i lande, sem þeir dæma honom. Sua skal hann lysa veð [2] sem mala.

mant sufficere ad indemnitatem creditoris. Æstimationem instituant die quinto hebdomadis, cum septem æstatis septimanæ sunt peractæ, vere eodem quo creditori pecuniæ constitutæ non persolvebantur. Tum creditor tantam fundi capiat partem, quantam æstimatores ei adjudicant. Pactum pignoraticium eodem modo ac protimeseos publicetur.

Capituli VII.

[a] Ef maðr vil selia mala land, þa skal hann fara til fundar við þann, er mala a a, VII nottom fire sumar, oc segia honom at land er falt. Hann scal stefna honom heim með vatta sumars dag hinn fyrsta, oc segia at hann mun þar [3] koma, at bioða [4] honom landz mala, oc hava þann með ser er kaupa vil. Nu er hann eige heima; oc er honom heim stefnt, sumars dag hinn fyrsta, at nauðsynia lauso, oc hever hann engan mann fengit til keyrs [5] fire sek, þann er handsal se við eiganda [6], þa verðr hann sekr VI aurom [b] við þann er landet bauð, en landet mala last. Sua er oc, ef hann

Titulus VII.

Fundum jure protimeseos obstrictum vendere parans, jure protimeseos gaudentem adeat septem ante æstatis initium noctibus, eique indicet, fundum se venalem habere. Testibus adhibitis venditurus eum domum citet prima æstatis die, indicans sese ibi adfuturum, et jus protimeseos ei exercendum oblaturum, adhibito tertio, qui fundum emere cupit. At domum in primum æstatis diem citatus, nulla quamvis necessitate impeditus, domi non adest, nec ullum, ad stipulandum idoneum sui loco ad eligendum constituebat; tum sex unciarum multa tenetur in oblatorem fundi, qui a jure protimeseos etiam liberatur. Idem obtinet si (jure proti-

[1]) fiarins *A. Th. X. T. I.* [2]) veði (*in dat.*) *V. V*; kevrs *St.*; ciors *A. Th. X. T. I.* [3]) þa, *tum, V.* [4]) oc bioða þ. [5]) kaups [6]) þann er handsalaði við eiganda, *qui cum domino (fundi) stipuletur*, þ. *Sch.*

---

a) *vide Gragasam II, pag.* 239, 240.

b) VI aurom. *Hic, ut et antea tit.* 2 *h. s., sex uncias argenti legalis significatas opinor, vix enim multæ trium marcarum in Gragasa definitæ, in Jarnsida imminutæ sunt, sed tres marcæ* (24 *unciæ*) *mercium legalium prope accedunt ad* 6 *uncias argenti legalis. Æquatio inter argentum legale et merces legales ex Grg. Kb.* 84 *fuit* = 6 : 25, *sed in commerciis quotidianis verosimillime habebatur* = 6 : 24.

kyss unndan ser landet, nema þuiat eins at hann kaupe udyrra, en honom var boðet, eða gerðo þeir til þess at þeir villdo koma mala hans af lande, oc kaupa engo, þa er hvartueggi þeirra sekr XII aurom við hann, oc fastr male sem aðr.

meseos gaudens) emtioni renunciat, nisi (emtor ille adscititius) minori pretio fundum emerit, quam alteri obferebatur; vel (dominus fundi & emtor adscititius) emtione venditione ficta id intendebant, ut jura protimeseos alterius everterent, quo casu in eum uterque illorum duodecim unciarum multa tenetur, et jus protimeseos fundo nihilominus inhæreat.

Capituli VIII.

Ef maðr selr mala lannd annars mannz eða þat er annarr a veð i, eða selr kona land fire ráð lograðanda sins, þa skal þessi lond oll sua brigða, sem her var fyrr sagt um oðals iorð, þa er ungom manne tæmiz.

Titulus VIII.

Fundus pacto vel protimeseos vel pignoraticio alicui obstrictus, si venditur, et fundus a fœmina legitimi curatoris consilio posthabito venditus, ex eadem regula ac antea, quoad fundos avitos pupillo delatos præscriptum est, retrahatur.

Capituli IX.

[a] Nv gefr maðr land með ser til fostrs, eða þæim manne auðrom, er hann vil fram færa [1], oc mæler hann sua, at umaga eyrer skal i þvi lannde liggia, meðan hann þarf fram færslo, oc verðr fram færsla eige ennd [2], eða sua illa, at skynsamom monnom þikker eige við vært, þa skal sa, er til umaga framfærslu stendr, brigða landet, sua sem fyrr var talt, en sa sekr XII aurom við konong, er falset gerðe.

Titulus IX.

Cum quis fundum in suam alimoniam, vel ejus, quem sustentare cupit, erogat, ea conditione, ut fundus alimoniæ, dum ea opus habet alendus, obstrictus sit, sustentatio tamen vel non consummatur, vel tam sordide, ut viris prudentibus alendo haud toleranda esse videatur; fundum jam allato modo retrahendi jure gaudeat ille, cui alendi sustentatio ex lege est deferenda, dolose vero agens, duodecim unciarum multam regali fisco persolvat.

[1]) er hann a fram að færa, *cui alimoniam præbere debet, V.* [2]) efnd *E. St.*

---

a) Hic titulus desumtus e Gragasa II. p. 251.

Capituli X.[1]

[a] Nv leigir maðr iorð af þæim sem a, at leigo mala rættom, þa skal hann þa iorð hava heimilega[2] XII manaðe at bua a, oc inna hinom leigo firer[3], slika sem þeir urðo asatter. Nu er leiga eindagat[4], oc kemr eige fram i ein daga, þa uheimilar hann ser iorð. Nu reiðir hann suma leigo, en suma eige, þa scal sækia með vatta þat er epter stendr, sem aðrar fiar sokner, oc sua þo at til allrar þurfe at sækia. Hann skal a iorðu bua til fardaga at oðru vare. Af[5] þeirri iorðu ma maðr ekke oðrom selia a leigo til heimilldar nema hann scilðe þat, þa er hann tok, at hann mynde oðrom manne af selia með ser. En ef hann selr, þa er honom iorð oheimol[6], oc sua hinom er tekr, bæte land nami[b] hvarttueggia oc heimili ser sua iorð, sa er tok af landz drotne. Af skal hinn fara er af leigo liða tok. Allt þat er hann verðr sins um, þa scal hinn bæta honom, oc VI aurom at handsalslite, þuiat sua scal huerr bæta er oðrom selr

Titulus X.

Qui prædium a domino ejus justis conducendi formulis conducit, per annum vertentem ibi libere habitet, mercedem vero stipulatam fundi domino persolvat. Si locaria solvendi terminus peremtorius constitutus fuerit, hæc vero in die oculata non persolvuntur, tum conducens prædio inhabitandi titulo cadit. Conductor si ex locariis aliquid tantum expenderit, quod restat repetendum, testibus adhibitis, ut in actionibus rei persecutoriis solet. De locariis integris eodem modo agendum. Ad dies usque migrationum veris subsequentis prædium teneat conductor. Fundi conducti nequis alii quid sublocet, nisi conductor a domino primum stipulatus fuisset ut sublocandi jure gaudeat; sin minus, & sublocans & ille cui sublocatur fundo inhabitandi jure eadunt, et uterque tenetur multa ob fundum usurpatum, quâ expensâ, conductor primus justo titulo fundum teneat, sed a colono conductitio conducens removeatur, huic tamen, detrimenti quicquid ceperit, a sublocante restituendum, qui ei

[1]) *A. Th. X. T. I.* þ. *hic novam incipiunt sectionem legis, quæ* Landsleigu balkr, *sectio de locatione conductione fundorum, inscribitur. Numerum titulorum hic etiam renovant.* [2]) heimila (*adject.*) *X. V.* þ. [3]) firer *om. V.* [4]) eindogut *A. Th. X. V. T. I.* [5]) a, *in*, þ. *Sch.* [6]) oheimil þ. uheimil *Sch.*

---

a) *Hic titulus fere iisdem verbis invenitur in H. A. legg. Gul. Lbb. cap.* 1. *pag.* 89, 90. *Cfr. etiam Grag. Lbb.* 45; *Jonsb. Llb.* 1.

b) Landnami: *multa ob fundum usurpatum quanta fuerit ex Jarnsida non invenitur, nam huc pertinentia incidunt in lacunam tit.* 28. *h. s. Ibi tantum apparet, hanc multam pro fundi domini dignitate variavisse, et colono ob fundum ejus usurpatum unicam unciam cum dimidia competere. Jonsboka hoc nomine colono semimarcam adjudicat, Llb.* 18.

uheimilt, nema hann have aðra iorð iafngoða at fa honom.

etiam sex uncias ob dextræ fidem violatam multæ nomine expendat — itidem quisque alteri quid injusto titulo tradens — nisi fundum ejusdem bonitatis ei tradere possit.

Capituli XI.

[a] Nv scal hann husum upp hallda ollom þæim er a varu, þa er hann kom til. þat skal hann eige abyrgiaz at[1] hus fyrnez. Nu ef hus gerð er mællt a henndr honom[2], þa skal hann gort hafa aðr hann ferr af iorðo; en ef hann hever ugort, giallde lannz drotne hus verð aðr hann fare brot, eða late gera hus sem scilt var. Nu gerir hann[3] þau hus er eigi varo mællt a henndr honom, þa gerir hann þau ser sialfvom. Hann scal honom bioða at kaupa þat hus, er[4] iorð a, með vattom; en ef hann uil þat helldr, þa fære hann i brot[5] fire fardaga; en ef hann ferr utan heraðs, bioðe hann[6] þæim er til iarðar ferr. Nu ef hus stenndr epter fardaga, þa a hinn hus, er iorð a, nema hann fære viðenn a holkn eða reysar[7] þar er huarke spille akri ne eng fire fardaga, þa er hann a hellz tom at[8].

[b] Leiglendinngr[9] skal fara til lanz, þa er VI vikor ero af sumre, þa er honom

Titulus XI.

Ædificia, quæ in prædio, cum id accedit, fuerunt, sarta tectaque conservet conductor. Damnum ædificiis vetustate obveniens haud sustineat. Si domus exstructio a colono conductitio stipulata fuerit, hanc, prædio priusquam demigrat, perficiat, quo neglecto fundi domino domus exstruendæ pretium migraturus persolvat, vel, ut stipulatum fuit, domum exstrui curet. Si domus non stipulatas exstruxerit, has pro seipso ædificasse censendum est. Domino fundi has redimendas, testibus coram obferat, vel, si maluerit, ante migrationum dies auferat. Si e tribu emigrat, colono succedenti domum emendam obferat. Domus diebus migrationum non demolita cedit domino fundi, nisi colonus materiem in saxeta vel salebras, ubi nec in agri nec prati detrimentum jacet, ante dies migrationum, cum maxime vacat, avehisset.

Colonus conductitius prædium immigret, cum sex æstatis septimanæ sunt præterlapsæ.

[1]) þott þ. *Sch.* [2]) þeim, *ei* (*iis*), *St.* [3]) hann *in marg. cod. membr.* [4]) eðr, *vel*, *St. male.* [5]) þat brott *Sch.* [6]) hann *cod. membr. in marg. medio*; *om.* þ. *Sch.* [7]) hreisar þ. *Sch.* [8]) til *A. Th. X. V. T. I.* [9]) *Hic* þ. *incipit tit. IIIum, numero dein continuato.*

---

a) *Prima pars hujus tituli verbotenus desumta ex H. A. legg. Gul. Llb.* 2, *pag.* 90, 91; *omissis quæ ad tempora migrationum legibus definita pertinent.*

b) *Quod superest tituli desumtum e Gragasæ Lbb.* 45, *II. pag.* 332, 333.

heimill hage, oc fǫt sin inn at bera, oc sculo þeir miðlaz husrum [1] við; en ef eigi [vinnr þæim husrum baðom [2], þa a sa heimil fiarhus III nætr er aðr byr a lande [3]. Þviat æins a sa, er þa scal a lande bua smala sinn inni at hava til laugar dags, at hinn love er fire sitr, eða þarf eigi allt husrum, en siðan a sa fire lande at raða, oc husom, er leigt hever, en þegar er VI vikor ero af sumre, þa a hinn eigi, er aðr bio þar [4], at beita eng. Hava a hann þar ross i haga til sun(n)o dags, en annan smala þar til er liðr helgina [5]. Rætt er oc at hann se þar sunno daginn með hiun [6] sin, oc ero honom [7] þa [8] heimol fiar hus til innivistar, ef þæim vinnaz baðom eigi inni hus, þviat eins scal smala sinn inni hava, ef þæim vinnr baðom rum, oc fara i brot mana dagenn [9], nema þa se logheilagt, ella nott siðarr, með smala sinn allann oc onnor fong.

a) i fioru. *Sic Legg. Frost. H. H. pag.* 212, *M. R. legg. Gul.* þb. 2, *Jonsb. ibid.; sed legg. H. A. locum supplicii non determinant, et addit Jonsb.* eða hraun, *vel in loca igne subterraneo deusta, verosimillime, ut in locis deviis scelesti tumulo ingerantur. Anne hæc, a primis inde temporibus vigens, consvetudo, scelestos ad litus maris summo supplicio afficere, deducenda ab ethnicorum de* náströnd, *litore mortuorum, doctrina?*

b) þiova alla, *neci scilicet obnoxios, ex tit. antec. Fures laqueo finierunt vitam.*

c) slict við, *pœna scilicet pecuniaria duodecim, ut opinor, unciarum, juxta Mh. I7. Jonsb. et legg. Gul. M. R. semimarcæ pœnam irrogant sequi recusanti.*

Capituli III.

[a] Nv stenndr maðr fe sitt þiofstolit i hende oðrom man(n)e, en hann [1] væniz heimild at, oc kallaz keypt hava, þa skal æsta [2] taks fire hann, oc sua fire fe þat, er hann kenner ser [3], oc geri til einn daga. Þar skal hann fram færa vitne, at þat er hans fe, oc hann gaf eige ne gallt ne solom sellde. Þa er honom upp næmt. Þa skal hann gera huart er hann vil, fara a brot með sitt, eða reyna heimildar toku hans. Nu ef brestr [4] honom, þa er hann þiofr at.

Titulus III.

Si quis bona, sibi furtim ablata, deprehenderit in alterius possessione, possessor vero contenderit rem justo titulo sibi acquisitam esse, se eam emisse interserens, tum fidejussio est expetenda, & ipsius respectu, & quoad bona, quæ sibi arrogat alter. Certa præfiniatur dies, cum vindicans suos proferat testes (probantes), bona ei propria esse, et eum ea nec dono dedisse, nec expendisse nec vendidisse, quo facto sua recipiat; tum faciat utrum ei magis placuerit, vel suum auferre, vel possessoris auctorem experiri, quo deficiente, ille furti erit reus.

Capituli IV.

[b] Nv kenner maðr oðrum manne stulð, þa skal hann gera huart er hann vil, at stefna honom hæim, oc þaðan til þings, eða fara a þing, oc lysa þar [5] þyft epter. þa æiga menn [6] at gera honom stefno [7] til næsta þings, ef hann er innan heraðs, en ef hann er utan heraðs, þa skal gera laga stefno aftr til þings, oc um huert mal, oc einndaga þat þing. Nu ef hann kemr eigi, þa berr hann a bake sok, nema nauðsynia vitne beriz

Titulus IV.

Qui alium furti imsimulat, faciat utrum magis ei placuerit, sive insimulatum domum et inde in comitia citare, sive ipse in comitiis apparens furtum denuntiando publicare; tunc insimulatus, (domum revocatus,) in comitia proxime habenda citetur, si modo intra tribum degerit. Quodsi extra tribum habitaverit, legalis ei publicetur citatio in comitia, causa definita, et die ad comitia habenda constituto. Si non apparuerit, reatum in tergo portat, (pro furti

[1]) en ef hann *&c. X.* [2]) æskia *A. Th. X. T. I. V*; æsta taki *Sch.* [3]) ser *om. A. Th. X. T. I.* [4]) ef hun brestr *V.* [5]) þar *om. A. Th. X. T. I.* [6]) þingmenn, *foripetæ, V.* [7]) heimstefno *E.*

a) Hic titulus omnino desumtus ex H. A. legg. Gul. þb. 2; *cfr. Jonsb.* þb. 4, *M. R. legg. Gul. ibid., Chr. 4ti. legg. norv. Tb.* 5.

b) Cfr. H. A. legg. Gul. l. c., Jonsb. þb. 5, *M. R. legg. Gul. ibid., Chr. 4ti. legg. norv. l. c.*

honom. Nu kemr hann, syni með sættar eiði; fellr til utlegðar.

convicto habeatur,) nisi impedimenta legalia obstitisse probaverint testes. At apparet: purget se sevirali juramento, alias exilii damnatus.

Capituli V.

[a] Nv er maðr stolenn fe sino, oc ser hann manna farveg fra liggia, þa skal hann ganga epter heraðs monnom sinom, oc bæiða ser liðs til epter farar. Þeir skulo ganga til garz man(n)z, oc sitia utan garðz, oc gera einn til huss, at[1] segia til erendis, oc beiða rannsoknar, oc ef hinn[2] iatar þui, gange hinn[3] efter gronnom sinom, þa eigo hiner at ganga i skyrtom einom oc laus gyrðir[4]. En ef hann byðr rannsokn[5], oc finnz eigi foli at hans, þa skal hann synia sættar eiði, ef þeir vilia honom kent hava.

Titulus V.

At aliquis furtiva surreptione sua amittit bona, et humana vestigia observat, inde ducentia, tum suos adeat contribules, eorum ad furem insequendum opem sibi expostulans. Ad domicilium eant (suspecti) et extra sepimentum residentes nuntium domum mittant, negotii indicem, qui & ædes perscrutandi petat veniam, qua a patrefamilias concessa alter vicinos arcessat inquisitores, qui solo indusio induti, absque cingulo, ædes ingrediantur. Si paterfamilias inquisitionem ultro obtulerit, nec res furtivæ in ejus ædibus inveniantur, sevirali se purget juramento, si furti eum (nihilominus) insimulant.

Capituli VI.

[b] Kenner maðr fe sitt þiofstolet i hendi oðrom manne, oc tekr feit, oc skil[6] sua

Titulus VI.

Si quis res sibi furtim ablatas agnoverit in manu alterius, quas ideo recipit, adjiciens: jus

[1]) og *V.* [2] & [3]) hann *A. Th. X. V.* þ. *Sch. T. I.* [4]) lausgyrdtir *E. St. V.* [5]) liður ransak, *inquisitionem toleraverit, V.* [6]) scilr *A. Th. X.* þ. *Sch. T. I.*

---

a) *Hic titulus initium continet H. A. legg. Gul.* þb. 3, *p.* 201; *ubi etiam prolixe definitur, quo ordine, patrefamilias absente, domestici ejus furti sint insimulandi, si res furtivæ in inquisitione inveniantur. Hæc in Jarnsida, verosimillime ut minus justa, omittuntur; cfr. Jonsb.* þb. 6, *M. R. legg. Gul.* þb. *ibid. Conferri etiam merentur quæ habet Gragasa II, pag.* 193. *seqq., Vsl.* 118, *ut et Lex XII. Tabb. apud Romanos, de furto lance et licio concepto. Heinecc. Antiqu. Rom. synt. IV, tit.* 1 § 13—19 *incl.*

b) *Hic titulus verbotenus convenit H. A. legg. Gul.* þb. 4, *pag.* 202; *cfr. Jonsb.* þb. 3, *M. R. legg. Gul. ibid., Chr.* 4ti *legg. Norv. ibid.*

fire, at ec drep huerge konongs rætte niðr, oc nefnir þar[1] vatta at, þa er hinn sannr at sok, en sa er usekr[2] er við tok fe sino. En ef[3] leyner þiofe, oc tekr fe fire, þa er hann sekr V morkom[a] við konong. Nu mæler þat soknar maðr eða valldz maðr, at þeir have sætt gorva, sa er stolinn var, oc sa er stal, oc have drepit niðr konongs rætte, þa skal sa er stolinn var synia lyritar eiði; fellr til V marka[b].

regium nequaquam supprimere intendo, in quod et testes nuncupat, furti reus pro convicto habeatur, sed a reatu immunis, qui res suas recipiebat. Si furem occultaverit, largitione corruptus, quinque marcarum multam Regi persolvat. Si contenderit vel actor publicus vel toparcha, facta reconciliatione inter rerum furtivarum dominum & furem jus Regium suppressum fuisse, ille trevirali se purget juramento, quo deficiente, quinque marcarum multam luat.

Capituli VII.

[c] Nv finnr maðr fe sitt þiofstolet oc fylger eigi þiofr, þa skal hann hava við navistar menn[4] sina, at hann tok þar fe sitt, oc þar er eige þiofr við. Nu kenner maðr manne stuld, en þat oðrum, at hann have tekit við fe hans þiofstolno, en sa kueðr nei við, hann skal synia sættar eiðe[5]. Sa eiðr fellr til utlegðar, ef hann vissi at þiofstolit[6] var. Ef maðr sæker annan um stuld, oc er eigi lyst þyft epter, hann skal synia sættar eiði;

Titulus VII.

Si quis res suas furtim ablatas invenerit, non vero affuerit ipse fur, præsentium effato probet, se res suas ibi recuperasse, furem tamen non affuisse. Si quis unum furti insimulaverit, alterum vero furtivarum rerum occultationis reum agit, hic, si inficias ire voluerit, sevirali juramento se purget. Si tale juramentum præstare non possit, exilii reus est, modo sciverit res furtivas esse. Si quis alium furti reum egerit, sine furti (legitima) publicatione, sevirali

[1]) þvi, *ideo*, *V.* [2]) er sekr, *reus est*, þ. *male.* [3]) hann, *ille*, *interp. V.* [4]) viðurvistarmenn *V.* [5]) *cod. membr. in marg.* [6]) þiofstolin *St.*

a) *Gul. H. A. leges etiam hoc loco habent quinque marcas, unde multarum ad trientem reductio hic non attenditur, juxta Hac. Hac. primam constitutionem in collectione Pausiana II, pag.* 167; *ubi tantum quadraginta et quindecim marc. multæ reducuntur.*

b) V marka. *Hic leges Gulenses H. A. habent marcas quindecim.*

c) *Cfr. H. A. legg. Gul.* þb. 4, 5, 6, 7, 8, *pag.* 202-204; *ibi juramentum trevirale requiritur* (*tit.* 4 *&* 5), *hic sevirale, ad purgationem insimulati adhibendum. Jarnsida etiam omittit omnia quæ tit.* 7. *de servis, libertis, vel alienigenis furtum committentibus habet. Cfr. Jonsb.* þb. 7, 8; *M. Reg. Legg. Gul.* þb. 7; *Chr. 4ti legg. norv. ibid.*

fellr til utlegðar. Ef umage stelr, bæte aptr verk hans sa er umaga a. Nu verðr maðr fyre þyfsko utlægr, þa a sa at taka full giolld fiar[1], er stolin var, af fe hins utlæga, oc kostnað sinn, þann er hann þarf til ferðar, sem menn meta.

reus se purget juramento, quo deficiente, exilium luat. Alendi furtum committentis facta reparare debet ille, ad quem alendus pertinet. Ubi quis furti reus exilii subit pœnam, rerum furtivarum dominus earum integram capiat resarcitionem e bonis exulis, sumtumque insuper itineri necessarium, ex facta æstimatione.

Capituli VIII.

[a] Ef maðr legz unnder kyr[2] manna oc drekkr, hann a engan rætt a ser, oc sua sa er gingr i lauka garð manz[3] eða i huan garð[4], þo at menn beri hann, eða taki klæðe af honom.

Titulus VIII.

Quicunque alienarum vaccarum uberi succumbens, ad lac exsugendum, juris personalis violati multam ne capiat, ut et qui alienam (furabundus) irrepsit cepinam vel hortum angelicarum — quamvis vel verberatus vel vestimentis spoliatus fuerit.

Capituli IX.

[b] Ef manne er kent[5], at hann have raðet lond oc þegna undan kononge[6]. Nu ef syniar, þa skal hann synia með tylftar eiði. Sua skal synia allra obota mala. Nu skal nefna VI menn a huara hond þeim, sem[7] undan skolo færaz, iafna at rætte við hann,

Titulus IX.

Qui perduellionis crimine reus agitur, quasi qui terram & subditos a Rege avertisset, si factum denegare audet, dodecadis se purget juramento. Itidem quicunque scelere quodam inexpiabili insimulatus. Sex undiquavorsum ab excusando denominentur viri, ejusdem ac ipse

[1]) sins *add. V.* [2]) bufie, *pecorum lactantium*, þ. *Sch.* [3]) manz *om.* þ. *Sch.* [4]) hvörn garð, *aliquem hortum*, *V. Sch.* [5]) er þat kiendt *X.* [6]) sinum, (*a Rege*) *suo, add. A. Th. X. T. I.* [7]) sem *om.* þ. *Sch.*

---

a) Hic titulus desumtus e H. H. Legg. Frost. p. 213, *cap.* 38, 39.

b) Legg. Gul. H. A. Thb. 2, *pag.* 131, 132; *Jarnsida hic plurimis adjectis ulterius exponit, sed Jonsboka* þb. 19, *M. R. legg. Gul.* 13, *tamen quædam adjiciunt quoad verba, quæ consacramentales in suo juramento adhibeant. Quod additamentum antea legitur in Mh. tit. ultimo, in fine*

þa sem næster ero honom, oc um þat mal ma kunnigazt vera, huarke sifiaðer við hann ne sakaðer, fulltiða menn oc skynsama, þa sem hvarke se aðr reynder at rongom eiðom ne at skrǫkvattom, oc skal hava VII menn af þeim XII, en hann sialfr hinn atte [1], oc IIII fanga vatta.

dignitatis, proxume habitantes et hujus rei maxime gnari, nec affinitatis nec intercedentium causarum vinculo cum reo conjuncti, adultæ ætatis & judicii, nec in antecessum aut perjurii aut falsi testimonii nota infames. Ex his duodecim septem tantum admoveantur (juramento), ipse octavus, et quatuor adhæc testes adscititii.

Capituli X.

Sættar eiðr[a] skal standa um oll XL marka[b] mal[2]. Nu skal nefna[3] III menn a huara hond [hinom sakaða[4], a þann hatt sem sagt er um tylftareið. Have III af þeim[5], se sialfr hinn fiorðe, oc II fanga vattar.

Titulus X.

Sevirale adhibeatur juramentum in quibuslibet quadraginta marcarum causis; tunc tres denominentur viri utrinque a reo, eodem modo ac quoad dodecadis juramentum præscribitur. Horum tres (juramento) admovendi, reus ipse quartus & duo testes adscititii.

Capituli XI.

[c] Lyrittar eiðr skal standa um oll V marka mal[6], oc IIII mar)ka ma[l[7], þar sem

Titulus XI.

Trevirale valeat juramentum quoad causas quinque marcarum et quatuor marcarum. Ibi

[1]) attundi *V.* [2]) X marca mál. *decem marc. causs., Sch.* [3]) hann stefna, *citentur, St.* [4]) þeim sem sakaðr er *A. Th. X. V. T. I. Reliquum hujus tituli om. þ. Sch., sed þ. in margine habet:* „vantar nockrar linur" stendr i þvi, sem þetta er eptir skrifat, *i. e.* „*nonnullæ desunt lineæ*" *legitur in eo, unde hæc exscripta sunt. Scilicet in codice membr. pars folii exterior, cum quatuor lineis integris et magna parte reliquarum, avulsa est; quae vero eam ob causam desiderantur et ex codd. chartaceis desumta sunt signis [ ) inclusimus.* [5]) III menn af þeim *A. Th. X. V. T. I.* [6]) XII marka mal, *causas duodecim marcarum, A. Th. X. V. T. I.* [7]) oc IIII marka mal *om. A. Th. X. V. T. I.*

a) Quoad sevirale juramentum cfr. Legg. Gul. H. A. p. 132, *Legg. Frost. H. H. pag.* 215. *Comparatione instituta apparebit Jarnsidam juramenta per consacramentales in meliorem formam redegisse et difficultatem juramenti ad gravitatem causarum accommodasse. Juramentum enim sevirale in causis furti, incendii, damni violenti, vis publicæ &c. adhibendum ex legg. H. A. revera fuisse videtur juramentum trevirale vel etiam duumvirale, duodecim viri in consacramentales quamvis lecti fuerint.*

b) oll XL marka. *Quales nempe antiquitus fuerunt, ad trientem priusquam multæ ex H. H. constitutione sunt reductæ; cfr. not. a p.* 133.

c) Quoad distinctionem inter juramentum trevirale majus et minus aliquid attuli in indice vocum sub lyrittareiðr.

nefna skal tua menn a huara [1] hond) hinom sakaða, [have þa II af, sem hann fær, oc [2] sialfr hinn) þriði. En fire III [marka mal, oc þrim morkom) smære[3], skal nefna[4] til lyritar [eiðs sinn mann a huara) hond hinom sakaða, havi einn af [þeim, se[5] sialfr) annarr, fanga vattr hinn þriðe[6]. Þe[sse eiðr skal) standa til þess er hava skal tueggia manna [eið), eða ein eiði. [a] Þui at einn skal eyris synia, en tueir tueggia, sem fyrr seger.

duo utrinque a reo denominentur viri; eorum reus adhibeat duo, quos in id perducere potest ipse tertius. Sed in trium marcarum vel minoris momenti causis ad trevirale juramentum evocandus est unus ex utroque rei latere, quorum alter adhibeatur, reus ipse secundus, addito unico teste adscitilio. Hoc juramentum utendum est donec requiritur juramentum duumvirale vel solitarium. Nam solitarium a uncia unica liberat, duumvirale a duabus, antea dicitur.

[1]) þar sem nefndir eru tveir a hvara &c. *A. Th. X. V. T. I.* [2]) *pro:* sem hann fær, oc *A. Th. X. V. T. I. habent* þeim. [3]) þaðan af smæri *A. Th. X. T. I. V.* [4]) stefna, *citandus est, S.* [5]) se *om. A. Th. X. V. T. I.* [6]) *Confuse & omnino non recte hunc titulum ab initio hucusque* þ *& Sci ita legunt:* fyrir III marka mal og smærri, skal nefna til lyrittar eið, tvo a hvörja hönd hinum sakað hafa einn af þeim, annar fángavottr hann hinn þridi. þetta skal standa &c. *In trium marcarum caus vel minoris momenti, triumvirale adhibeatur juramentum; duo (denominantur) utrinque a reo, quorum alt juramento admovendus, secundus erit testis adscitilius, tertius ipse reus. Hoc obtineat donec requiritur &c.*

---

a) þviat einn skal &c. *vide Kb. 5 supra.*

INDEX Ius

vocum et phrasium rariorum, quæ occurrunt in Jarnsida sive libro Haconis.

Numerus titulum sectionis indicat.

A.

Á ek *v. transitive: possideo, teneo, mihi debetur, mihi competit.* En konongr á ekki á því *Regi vero hoc nomine non debetur ɔ: mulcta Mh.* 8. *Verbum* á ek *intransitive denotat: debeo, necesse habeo, mihi incumbit, quæ significationes sæpissime occurrunt. Antique* ác *vel* ág ek, ágta, ega; *Anglosax.* agan; *cfr. gr.* ἔχω *habeo.*

Ábóti *m. Abbas, monachorum in cœnobiis inspector primarius, vox, ni fallor, ab hebræo* abba *derivanda.*

Áburðr *m. impositio, insimulatio delicti nondum probati. Th.* ek ber á *infero, ingero, insimulo; cfr. dan.* at paabyrde *insimulare.*

Ábyrgiz ek *v. rei periculum in me suscipio, eventum præstandum assumo V. ind. Gragasœ sub* ábyrgð; *cfr. gr.* πύργος.

Afarkostr *v.* avarkostr *m. conditio ærumnosa, gravis, aspera v. miserabilis;* með hörðum avarkostum *miserrimis adjectis conditionibus Mh.* 34. *Th.* of *substantivum* (*genit.* afar) *nimietas,* of *adv. nimium,* ƒ· kostr *optio* (ek kýs, hefi kosit *eligo*), *quasi sit* kosiþr *electus; cfr. gr.* ὑπέρ *ultra, AS.* cyst *electio,* ceosan *eligere.*

Aflaga *adv. injuste, irregulariter;* aflaga sóttr *injuste accusatus, dolosa actione infestatus Þfb.* 5; *cfr. ind. Grag. h. v.*

Aflimaðr *adject.* (*v. perf. partic. pass. v.* ek aflima) *membris mutilatus. Th.* af *ex* & limr *membrum; cfr. gr.* μέλος *membrum, literis* μ & λ *per metathesin transpositis; AS.* lim *membrum.*

Aftaka *f.* (*genit.* aftöku) *amolitio, ablatio, necatio, homicidium;* þótt hann se ekki vitandi hins dauða aftöku *necati cædes quamvis eo inscio commissa fuerit Mh.* 7; *cfr. ind. Grg. h. v.*

Aftekinn *adj. abolitus, cæsus, trucidatus.* þar sem maðr verðr af tekinn *aliquo cæso Mh.* 7; *cfr. voc. præc.*

Ákastan *f. injectio, jaculatio, Mh.* 22. *Th.* á *in* & kasta ek *projicio. Cfr. ind. Grg. sub* kasta ek. Akstein, *quod habet V, depravata est lectio.*

Ákoma *f. plaga, vulnus. Hodie efflorescentia cutis, etiam casus fortuitus, infortunium.* at veita ákomur *vulnerare, plagas infligere, Mh.* 34. *Th.* at koma á *incidere* (*de telis emisssis vel hasta & ense vibratis*).

Ákvæðisverk *n. vel sing. v. plur. operæ per pactum constitutæ, operæ condictæ.* At taka ákvæðisverk á hönd sèr *operas condictas in se suscipere, ad definita facta agenda operam suam elocare* (*de operariis*), *Kb.* 19. *Th.* ákvæði *pacta constituta* (ek kveð á *definio; AS.* cvæðan, *dicere, constituere*), verk; *vide ind. Grg his vocibus.*

Áleiðis *adv. in viam, prorsum.* at koma einhverju áleiðis *proprie: aliquid in viam perducere, metaphorice: promovere, ad finem perducere, perficere, etiam: posse, Mh.* 34. *Convenit phrasis eodem sensu usitata:* at koma til vegar, at koma til leiðar. *Th.* á *in* & leið *via, semita* (ek líð, leið *cedo, vehor*). *Hoc adverbium sæpissime conjungitur verbo* ek kem, *sumta significatione transitiva.*

Alinn *adj. v. p. p. p. verbi* ek el, hefi alit *alo, pario.* alnir ok óbornir *nati & nascituri Kdb.* 7; *cfr. ind. Grg. h. v.*

Almenníngr *m. loca, vel speciatim litora, communia, quorum usus fructus omnibus ejusdem tractus incolis competit.* Almenníngar eru a landi hèr þeir er fjórðúngsmenn eiga allir saman *hic in Islandia loca dicuntur communia, quæ omnibus ejusdem quadrantis incolis in communione competunt, Lbb.* 29? *Th.* allr *totus, integer, in compositione* al (*cfr. gr.* ὅλος *totus*), *et* maðr *homo, in pl.* menn.

Alsátt *f.* (*in pl.* alsættir) *integra reconcitiatio. Cfr. ind. Grg. sub* alsættir & *sub* sátt *v.* sætt.

Álykt *f. conclusio, decisio litis, sententia. Th.* á *in* & lýk ek *claudo, finio, absolvo. Cfr. ind. Grg. sub* lok & lýk ek.

Ályktarvitni *n. testis de causa peracta, speciatim: testis de debiti solutione; cfr. v. præced. Th.* vitni *testis,* ek veit *scio. AS.* vitan *scire.*

Alþýða *f. maxima pars populi, plebs. Th.* allr, *in compositis sæpissime* al, *omnis, totus,* & þjóð *gens, populus, qv. v.*

Ánauðga ek *v. opprimo, male habeo.* at ánauðga fólkinu *populum opprimere Kdb.* 2. *Th.* ánauð *conditio servilis; cfr. ind. Grg. h. v.* & *Gloss. Syntagm. de baptismo sub* nauð.

Andvegi *vide* Öndvegi.

Andvirði *n. æquivalens rei* (*venditæ*) *pretium. Th.* and *contra* (*cfr. gr.* ἀντί) *et* verð *pretium.*

Arfleiðsla *f. deductio in hæreditatem, legitimatio, quæ quomodo instituenda legitur Et.* 16; *dicitur* at leiða í ætt *in familiam ducere v.* ættleiði ek. *Th.* arfr *hæreditas* (*AS.* erfe *v.* yrf & yrfe *bona, præsertim hæreditaria*), ek leiði *duco,* leið *via,* ek líð *vehor, cedo.*

Arfskipti *n. divisio hæreditatis.* þá eigi hann arfskipti við sonardóttur *hæreditatem dividat cum nepte ex filio Et.* 2.

Arfsókn *f. actio hæreditatis, petitio hæreditatis. Th.* arfr (*vide* arfleiðsla *supra*), & sókn *actio,* ek sæki *insequor, ago; v. ind. Grg.*

Argafas *n. rixa ignava, impetus ignavorum.* En ef hann heldr sèr sjálfr ok verðr eigi skírskotat, þá er þat argafas *si ipse* (*impetum faciens*) *sese retinet, nec antestati fuerint testes, pro ignava rixa id habeatur Mh.* 22. *Th.* argr *inutilis, iners, ignavus, abjecti animi, pavidus* (*cfr. gr.* ἀργός, ἄεργος) *et* fas *gestus, etiam: turbulenta & subiracunda corporis agitatio.*

Ásjá *f. inspectio, intuitus, contemplatio, consideratio, consilium. Th.* ek sè á *inspicio.*

Ásjón *f. idem. Th.* á *in* & sjón *visus* (*AS* seo *visus*), ek sè *video. Distingvendum ab* ásjóna *f. vultus.*

Assali *v.* ársalr *m. peristroma & tapeta suspensa lectum cingentia. Vox haud sæpe occurrens. Invenitur in legg. Haconis Haconidis Frostensibus ed. Pausiana, ubi doctissimus interpres* sese, *quid vox hæc denotet, ignorare fatetur. Occurrit in* Eyrbyggjasaga *cap.* 50 *seqq., ubi per peristroma lecti exponitur, et quidem, ut opinor, recte; postea enim, cap.* 51, *dicitur* rekkjutjald *peripetasma & tapeta lectus, quod capite præcedenti ut & postea* ársalr *nominatur. Huc etiam facit, quod cap.* 55 *ejusdem historiæ legitur:* Kjartan tók ofan ársalinn þórgunnu *Kjartan Thorgunnæ arsalum deorsim traxit, quod in tapeta lecti suspensa optime quadrat; cfr. B. Halthori Lex. isl. hac v. Veteres cubilia tapetibus cinxisse probat Snorro in historia Olai Tryggonis cap.* 48. *Unde vox hæc conflata sit, haud facile dictu,* &

ambigunt doctissimi interpretes Eddæ Sæm. p. II. pag. **310.** *observ.* **92**, *unde sit derivanda; mihi idem evenire, nequis miretur. Tamen conjecturas quasdam mihi adferre liceat. Si* ársalr *legimus* (*quod in oda Gudrunæ Giuki filiæ II exponitur* ár-salr), *compositum videtur ab* ár *matutinus et substantive: matuta, aurora, et* salr *quævis habitatio, speciatim vero habitaculum in loco editiore; aulæa enim, lectum circumcirca suspensa et cingentia, quasi habitaculum quoddam efficiunt, ubi divitiores, hoc apparatu maxime usi, horas forsan peragunt matutinas. Mihi etiam subit hanc vocem referre ad græcum ἄσυλον, quasi lectus aulæis cinctus sit locus a læsionibus immunis, vel ad gr.* ἄσελγος *subobscurus, quod aulæa lecti lumen adimunt & lunæ & solis. Et sane diversa vocis forma* assali & ársalr *(si non* askali *in var. lect. Et.* **21**, *quod corrupta est lectio) peregrinam ejus originem arguere mihi videtur.*

Atför *f. aggressio, executio multæ definitæ.* ok skal á því þíngi annathvârt fram koma fe eða atför *in his comitiis vel multa obferenda est, vel immissione exigenda, Mh.* **14.** *Th.* ek fer at *invado, aggredior; AS.* faran *ire.*

Atvik *n. accessus, incursus, aggressio. Th.* vik *motus, cessio,* ek vík *cedo.*

Atvíg *n. aggressio, violenta invasio, ad cædem movendam. Th.* at vega at *cædem alicui intendere, armis aliquem petere.*

Atvinna *f. sustentatio, alimentum; v. ind. Grag. h. v.*

Auðn *v.* øðn *f. loca deserta & inculta, tesqua montana; v. ind. Grg. h. v.*

Axlarhár *v.* öxlhár *adj. ad axillum hominis* (*mediocris staturæ*) *in altitudinem se elevans* (*de sepimento legali, Lbb.* **22**). *Th.* öxl, *genit.* axlar, *axillum* (*AS.* eaxle) *et* hár *v.* háfr *altus,* ek hef *elevo; AS.* heafian *tollere.*

Áþýngð *f. oneris impositio, tributorum indictio v. exactio.* at þýngja fólkinu með ofmikilli áþýngð *populum nimiis tributis & exactionibus vexare Kdb.* **2.** *Th.* á *in et* þýngð *gravitas,* þúngr *onerosus.*

B.

Bak *n. tergum, dorsum.* At bera sök a baki *criminis convictus esse, causam in dorso portare, Mh.* **17** *Þb.* **4.** *Furis prehensi dorso res furtivæ alligabantur, in forum priusquam deductus esset, et tum pro convicto habebatur.* Þá skal binda fóla á bak honum *tum res furtivæ dorso ejus* (*furis præhensi*) *alligentur Þb.* **12.** *AS.* bec *et* bac.

Bani *m. simpliciter et transitiva significatione: occisor, interfector, idem quod* mannsbani *homicida Mh.* **19** (*in Gragasa sæpissime mortem significat, intransitive*). *Th.* ben *vulnus lethale; v. ind. Grg. h. v.; cfr. gr.* φόνος *cædes et* φένομαι *occido, AS.* bana *occisor.*

Barð *n. navis proræ ora prominens, proræ tigilli ora anterior & acuta, ferreis lamellis instructa.* nema menn rói fyri barð þeim *nisi navim suam transversam proræ eorum admoverint* (*remis adegerint*) *Kb.* **21.** *In historiis nostris antiquis interdum fit mentio navium, quæ* barðar & járnbarðar *dicebantur, quarum structuram in totum exponere haud facile fuerit. Ni fallor* járnbarðar *hæ naves dicebantur, quod proræ, et in specie rostra earum et extremitates proræ tigilli, ferreis lamellis fue-*

rint instructæ, ut facilius naves inimicas in prœliis navalibus frangere & tutius iis admoveri possint. Sic Ljoti pallidi járnbarði *in* Svarfdælasaga *cap.* 4 *ferreis lamellis ubique superne cinctus et rostro ferreo instructus fuit; naves etiam alienas facile transvelare potuit. Erici comitis* járnbarði *memoratur in* Heimskringla *a Snorrone I. pag.* 335-36. *Hujus navis prora ferreo et prominenti pectine fuit instructa.* τὸ barð *in prora fuisse constitutum aperte elucet e narratione Snorronis Hk. III. p.* 315, *cum Vendi scapham ad latus navis antrorsum, et mox trans* τὸ barð, *et inde secundum alterum navis latus retrorsus, ad eminentem usque puppim, trahebant. Inter Olai Regis Tryggonis artes heroicas numerat Snorro Hk. I. pag.* 291 at hann gekk fyrir barð á skipi sínu *eum e navis suæ proræ tigillo prominenti in mare desilire potuisse.* Skip barðmikit *nominatur Hk. III. p.* 268 *sed ibi* barðmikit *idem esse ac* borðmikit, *altis lateribus, opinor. Cæterum* barð *adhuc dicitur, qvicquid tenue quidem sed acutum longissime sese extendit, ut* hattbarð, *ora pilei,* skötubarð, *extremitates in lateribus rajæ.* τὸ barð *cognatum est si non eadem vox ac* borð *asser, tabula, ora, limbus, mensa, AS.* bord & bræd *mensa.*

Bauggildismaðr *m. agnatus, per sexum virilem alicui cognatus, proprie: qui annulos multaticios (cædis satisfactionem) et solvat et capiat; fœminæ cædis satisfactioni rarissime, ex antiquis legibus, admittebantur;* v. **Baugatal** *in Grg. et voc.* **bauggildi.**

Baugr *m. annulus, multa.* ok öðlast með því konúngi baug *annulum multaticium Regali fisco hoc ipso promerens.* ok fellir hann með því baug *quo multam Regi debitam perdit Kb.* 4; *v. gloss. Nialæ & ind. Grg. h. v.*

Beðr *m. culcita; cfr. gr.* βαθμός *subsellium, scamnum, quam significationem* beðr *etiam admittit, ut* knèbeðr, *scabellum genuum, in* Laxdælasaga *cap.* 89. *AS.* beð, *cubile.*

Bekkbeðr *m. Et.* 21 *var. pulvinaria scamnis instrata. Th.* bekkr & beðr; *vide subsequentia.*

Bekkklæði vel **bekklæði** *n. stragulæ textiles scamnis instratæ. Veteres et scamna sedilia et parietes domuum acupictis tapetibus ornare consueverunt.* **Bakklæði** *in Snorrone III p.* 437 *idem esse ac nostrum* bekkklæði *nullus dubito.* **Bekkklæði** *etiam nominantur in domum citandi formula in LL. Hac. Hac. Frost. apud Paus. p.* 145. *Th.* bekkr, *scamnum, et* klæði, *vestimentum; cfr. ind. Hist. Gunnl. vermil. sub* bekkr.

Biti *m. trabs transversa, domum continens. An a* bit *morsus,* ek bít *mordeo, quod domum quasi mordaciter continet? num ab* ek bind (batt *in perfecto), ligo, vincio, quasi sit* bitti. *Sane proxime accedit ad gr.* πέδη *vel* πέδιον *compes.*

Bjálki *m. trabs erecta, seu columna domus; cfr. gr.* φιλύκη *arbor.*

Björg *f. opitulatio, protectio, etiam: sustentatio, victus.* At veita björg, *opitulari, protegere. Th.* ek berg, barg, hefi borgit at berga, *hodie* at bjarga; *AS.* beorgan.

Blár *adj. lividus; cfr. gloss. Nialæ sub* bláeygr.

Blæja *f. stragulum lecti, cadurcum lecti; cfr. ind. Grg. h. v.*

Boð *n. optio, oblatio, conditio.* At gjöra einum boð *misso nuntio aliquem arcessere Mh.* 17; *sed* boð *in hac phrasi etiam oblatæ conditionis significationem habere potest, subintellecto: ut appareat, veniat &c. Th.* ek býð, *invito, offero, mando; cfr. gr.* πείθω *persvadeo, AS.* ic beode *mando.*

Boðsletta *f. parasitus, assecla mensarum, patinarius. Th.* boð, *convivium* (ek býð *invito*), *et* ek sletti, *projicio, projecto. Parasitus, in convivia non invitatus, seipsum eo quasi projicit. Hodie dicitur* boðflenna, *in convivia ruens, præceps iis sese obtrudens.*

Bóka ek *v. literis mando, describo.* at bóka sögu *relationem vel indicium literis consignare. Th.* bók *liber.*

Ból *n. prædium habitatum.* hálfrar merkr ból *tanta pars prædii habitati, ut locaria inde semimarcam efficiant (semimarca viginti quatuor continet ulnas). Th.* ek bý *habito, AS.* byan *habitare, possidere; cfr. gr.* πάω *possideo. Hinc* býli, *habitaculum, et* bæli *cubile, lustrum.*

Bótamaðr *m. capax reparationis & ea expiandus. Respicit tum ad multam antiquitus pro homicidio tam solvendam quam capiendam, cum, idque hoc loco maxime, ad multam ob jus personale violatum* (rèttr). *Th.* bót (*in pl.* bætr, bóta) *resarcitio, multa, reparatio, etiam: particula panni, qua vestes reparantur* (ek bæti); *cfr. gr.* βοηθεῖν *auxilium ferre; vide ind. Grg. sub* bótsama ek.

Bótar-skeyting *f. vox sane dubia. Si hæc lectio genuina fuerit, exponenda est per: scotatio ad statum meliorem reddendum. Th.* bót (*cfr. v. præc.*), *et* skeyting, *dan.* Skjödning, *scotatio, vel rei immobilis traditio symbolica. Sed legendum forsan videatur in Kg.* 3, *ubi hæc vox occurrit,* bókarskeyting, *ut sit: traditio symbolica literis consignata. Sic in LL. Frostensibus, unde locus Jarnsidæ verosimillime desumtus est, Pausius p.* 171 *legisse videtur. Cæterum ambigi potest, an legendum sit:* at hann leiði hana til bókar, skeyting at taka, *quo sensus evenit maxime palpabilis, num:* at hann leiði hana til bókarskeytings, *cum* at taka *vel supervacanea vel ad priora referenda sunt, et* skeytings *fuerit genit. sing. a nominat.* skeytingr, *m. Priori casu* skeyting *ad voces simplices referatur & derivanda a* skaut, *simus, gremium, etiam: lacinia vestium (v. ind. Grg. sub* skot); *in symbolica enim fundorum traditione, cum vendebantur, venditor humum hic & illic in fundo vendendo erutam emtoris vestium laciniis, a testibus detentis, ingerebat, vide II. A. leges Gulenses apud Paus. pag.* 221 & 226. *Non tamen semper vestium laciniis humus ingerebatur, sed panni quadam particula involutus emtori tradebatur, ad signandam traditionem totius fundi; et cum* bót *etiam denotet particulam panni* (bót af klæði, klæðisbót, *et etiam simpliciter* bót), *non absurdum erit contendere, lectionem* bótar *esse genuinam. Conferri merentur quæ adfert doctiss. Kof. Anch. in LL. Dan. hist. I. pag.* 488-89.

Bráðasótt *f. morbus repentinus, mors repentina (dan.* Fang) *in pecoribus. Th.* bráðr, *citus, præceps, repentinus, incitatus;* brá *cilium;* ek bregð, brá, *repente moveo vel muto;* þat bráir, *v. imperf., repente mutatur vel movetur. Cæterum* bráðasótt *fere idem ac* fallsótt *in Grg., qv. v.; cfr. ind. Gunnl. vermil. hist. sub* bráðliga.

Bregð ek *v. innovo, immuto, retraho, etiam: celeriter moveo, vibro.* Þá hafi hann brugðit á fyrstu XII mánaðum *primis duodecim mensibus pignus retrahat (reluat) Kb.* 17; (brá *cilium, cfr. v. præc.) AS.* abregðian.

Brigð *f. immutatio, jus retractus, etiam: ipse actus reluendi.* Þá á hann brigð til þess lands *fundum retrahendi jure gaudeat Lbb.* 1. *Cfr. v. præced.*

Brigða ek *v. irritum reddo, sepono, despicio, violo, etiam: fundum retraho.* Þá skal þó eigi brigða dómi sektalaust *judicum sententia tamen haud impune violetur Þfb.* 5. *Cfr. antecedentia & ind. Grg. h. v.*

Brjóst *n.* (*v. sing. v. pl.*) *antica pars rei cuiuscunque, pectus, etiam: conscientia.* Engi skal eið vinna fyri brjóst hins dauða *nequis de conscientia demortui jurare debet Kb.* 6. Þá vinnr hann fyri sitt brjóst, *tum ex propria* (*non ex demortui*) *conscientia jurat, ibid.* Brjóst *etiam interdum denotat primipilum, tutorem, columen, ut apud Snorr. Hk. III. p.* 389, 391, 460 *et sæpius. AS.* breast. *Cfr. gr.* πρόσθιος *anterior.*

Brjóstbúnaðr *m. ornatus pectoris, pectorale. Th.* brjóst, *qv. v., et* búnaðr, *apparatus, ornatus* (ek bý *paro, orno*).

Bú *n. rusticatus, villicatio, oeconomia, etiam: pecora, præsertim lactantia, ad rusticatum quæ pertinent.* Þá skal sá, sem bú á, *tum pecoris dominus &c., Lbb.* 20. *Sæpissime pecora ibidem* búfé *dicuntur. Cfr. gloss. Nialæ & ind. Grg. h. v.* (*gr.* βοῦς *bos*).

Bænarstaðr *m. vi vocis: locus precium; simpliciter: preces.* eptir inna beztu manna bænarstað *optimatum precibus adductus Mh.* 2. *Th.* bæn *vel* bón, *preces, et* staðr, *locus; cfr. Gloss. Nialæ sub* bæn.

C. vide K.

D.

Deild *f. dissidium, controversia, lis, altercatio. Th.* ek deili, *partior. Lite intercedente partes distrahuntur.*

Deiliker *vide* Hæliker.

Deilist *v. impers. pass. vel pass. verbi* ek deili, *distribuo, divido, partior.* sem dagr deilist *ut dies suppetit Lbb.* 29. *Quo magis minutatim aliquid dividitur, eo longius suppetit. Cfr. gr.* διελεῖν, *dividere, et ind. Grg. sub* deili ek & *Gunnl. vermil. hist. sub* deili.

Deyddr, *adj v. p. p. p. v.* ek deyði *morti obnoxius, trucidandus, Mh.* 7, *ubi* deyddr *quidem participii futuri significationem in se habere videtur; sed hæc vox, cum* dræpr *conjuncta, temporis perfecti significationem, ut alias, retinere potest.* dauði *mors;* dá *vel* dán *deliquium;* ek dey *morior; cfr. gr.* δύω *occido, Angl.* to dye.

Drekk ek *v. sugo, etiam: bibo.* At drekka sik *seipsa sugere* (*de pecudibus*). **Drekkr** *m. in* brjóstdrekkr *Gragasæ* (*quod v.*) *priorem admittit significationem, quæ sane primaria est; bibens enim fluida quasi sugit. Th.* ek dreg, *traho, attraho; AS.* dragan, *trahere; cfr. gr.* δράσσω *v.* δράττω *prehendo; v. Gloss. Nialæ.*

Drep ek *v. ferio, tundo, verbero, interficio, supprimo.* at drepa niðr konúngs rètti *jura Regis supprimere. Cfr. gr.* δρέπω *meto et gloss. Nialæ & Eddæ Sæm. h. v.*

Dræpr *adj. necandus, neci obnoxius, impune occidendus. V. mox antea &* deyddr.

Dula ek *v. nego, dubito. Th.* dul & dulr, *dissimulatio & falsa persvasio. V. ind. Grg. sub* dyl ek; *cfr. gr.* δολόω *fallo, decipio, vel* θέλγω *obscuro. AS.* duhle, *opertus.*

Duleiðr *m. juramentum negans vel purgatorium Th.* dul *vel* dulr *dissimulatio &* eiðr *juramentum.*

Dúnklæði *n. pl. indumenta plumæ mollissimæ, culcitæ vel cervicalia plumis mollissimis refertæ. Th.* dún *plumulæ, quas anas mollissima, ova pariens, a pectore suo inter pennulas carpit, et ovis supponit,* klæði *vestis, indumentum; vide* klæða ílát *infra.*

Dyri *n. verosimillime: trabs transversa fores superne terminans et sustinens, Lbb.* 12; *hodie* dyratrè. *Th.* dyr *fores; cfr. gr.* θύρα *ostium, janua; vide Gloss. Nialæ sub* andyri.

E.

Eðalborinn *adj., Kdb.* 4 *var., ingenue natus, jure avito et hæreditario gaudens, nobilis, idem, ni fallor, ac* óðalborinn *quod textus habet. Th.* aðal *et* borinn *natus; cfr. quæ postea sub* óðal & óðalborinn *adferuntur.*

Efndr *adj. vel p. p. p. v.* ek efni *perficio, promissa præsto. V. ind. Grg. sub* efníng.

Eiðstafr *m. litera juramenti, verba concepta juramenti.* þann eið skulu þeir sverja — með þessum eiðstaf *hocce juramentum præstent — his verbis conceptum þfb.* 1. *Th.* eiðr *juramentum &* stafr *primum: assulæ, deinde: literæ; cfr. ind. Grg. in* stafa ek. *Circa etymon vocis* eiðr *diversa attulerunt lexicographi, sed conferri possunt gr.* ὄθη *cura vel* οἶτος *calamitas, AS.* ath *et* ævd. (stafr *a* stá, *stare, derivandum*).

Eiðvætti *n. proprie: testes vel testimonium de juramento, custodes vel auxiliatores juramenti, consacramentales. Th.* eiðr, *vide v. præced., et* vættr *v.* vottr *testis* (ek veit *scio*). eiðvætti *non occurrit nisi in recensu titulorum Mh.* 37, *ubi cum non sit sermo de testibus, sed de consacramentalibus, qui juramentum incusati quasi auxiliati sunt, adferri etiam potest* vætt *v.* vættr *custos, auxiliator.*

Eign *f. possessio titulo dominii, bona possessa,* κατ' ἐξοχήν *bona immobilia, cum nempe* eign *opponitur* lausafé, *ut in Mh.* 2 & 3: gjaldi allar löglígar skuldir af eignum, ef eigi er lausafé til *debita quævis legalia ex immobilibus solvat, si mobilium copia non fuerit. Th.* at eiga, *antique* ega, *possidere,* ek ág *vel* á, *qv. v.*

Eindagaðr *adj. v. p. p. p. p. v.* ek eindaga, *quod v. in ind. Grg. AS.* andag *terminus peremtorius.*

Eineiði *v.* einseiði *juramento solitario vel singulari. Videtur esse ablativus absolutus a nominat.* eineiðr *v.* einseiðr *m. juramentum singulare.* at halda fyri eineiði & at standa fyrir einseiði *juramento singulari sese purgare Mh.* 7. *Kg* 5. *Præpositio* með *cum, ablativ. regens, hic omissa videtur. Th.* einn *unicus (εἷς unus) et* eiðr, *v.* eiðstafr.

Einga *hodie* einka *adv. unice inprimis, præcipue. Cum additur substantivis, adjectivi indeclinabilis vices sustinet, ut* einga son *filius unicus v. unigenitus Kdb.* 1, einga dóttir, *filia unica,* einga *v.* einka vin *amicus optimus,* einkar athvarf *unicum refugium. Th.* einn *unus.*

Einkamál *n. pl. constitutio specialis, etiam pactum nuptiale.* þessor einkamál váru tekin *speciales hæce constitutiones factæ sunt Mh.* 7. *Th.* einga *v.* einka, *qv. v., et* mál, *causa, negotium; cfr. ind. Grg. h. v. Cæterum* þessor *in phrasi allata corrupta est locutio pro* þessi.

Einleypr *adj. solus currens, vir solitarius, qui familiam non habet, et pro seipso tantum operatur. Th.* einn, *unus, et* ek hleyp *curro, vagor. Aspirata* h *ante liquidas antiquitus sæpissime abjiciebatur, ex. gr.* laðinn *pro* hlaðinn, lunnindi *pro* hlunnindi, reisar *pro* hreisar, ræðsla *pro* hræðsla, *quæ vide.*

Einskering *v.* einscernis, *quæ habent Apographa A. Th. X. in Lbb.* 13, *depravata esse videtur lectio. Sane Codex Arnamagnæanus in Gragasæ Llb.* 56, *unde hic Jarnsidæ locus verosimillime desumtus est, ubique habet* eins kyns. *Allatæ voces conflatæ sunt ab* einn, *unicus, et* ek sker *seco, quasi denotent: per unicam sectionem, quod aliquatenus convenit phrasi hodie usitatæ, de balænis ejectitiis:* hann var tvítugr milli skurða *intra sectiones finales, o: a capite ad caudam, viginti ulnarum fuit.*

Endimerki *n.* (*vel sing. v. pl.*) *signum finale, terminus, determinatio.* með staddum endimerkjum *terminis fixis Kdb.* 2. *Th.* endi *finis, &* merki *finis, determinatio, signum; AS.* mærk, *vexillum; cfr. gr.*

τέκμαρ, *signum, finis, literis paulisper transpositis.*

Endr *adj. finitus, perfectus, præstitus juxta promissa Th.* endi *finis.*

Eptirferð *f. insecutio. Th.* eptir *post* (*AS.* efthær, *gr.* ἔπειτα) *et* ferð *profectio* (ek fer *eo, AS.* faran *ire,*

Eptirför *f. idem, ejusd. th.*

Eptirmælandi *m. facti incusator, vindex, accusator. Th.* eptir (*v. antec.*) *et* mál, *negotium, causa, lis.*

Er *particula, idem quod* sem *qui.* Er er *qui est Lbb.* 22. *Cfr. gr.* ὅς.

Erfðamaðr *m. vir hæreditatis, hæres. Th.* erfð *hæreditas, etiam: successio seu classis hæreditatis ut in*

Erfðatal *n. recensus hæreditatum, familia erciscunda. Th.* erfð *et* arfr *hæreditas; AS.* yrf & yrfe.

Eyrir *m, in pl.* aurar, *uncia, vicesima pars centenarii majoris. Cfr. ind. Grg. h. v.*

F.

Fals *n. fraus, dolus, falsum, inprimis reale.* sá er falsit gjörði *dolose agens Lbb.* 9. nema fals sè í *nisi falsum interfuerit.* Engi várr skal öðrum selja fals eða flærð *nequis nostrum falsum fraudemve vendat Kb.* 9. *Cfr. gloss. Nialæ sub* falsaðr.

Fángaváttr *m. testis acquisitus, adscititius. Sic dicebantur consacramentales, qui non ex propinquitate ad reum excusandum sunt electi et ejus juramento purgatorio admoti, sed hinc & illinc quæsiti, prout ipse eos in id adducere potuit. Cfr. ind. Grg. sub* fángakviðr.

Far *n. facultas navigandi, navigium. Cfr. ind. Grg. h. v.*

Far *n. vestigium, alveus amnis.* at veita í hit forna farit *in pristinum alveum amnis cursum dirigere Lbb.* 24. *Cfr. indic. Grg. sub* farvegr.

Farinn *adj. profectus, etiam: cessans, confectus, defessus, hic (ut videtur) prehensus.* Nú verðr hann farinn *si comprehensus fuerit Mh.* 12. *Tamen* farinn *per confectus hic etiam exponi potest; sic hodie dicitur* farinn maðr, *qui senio et labore confectus est.* ek fer, *eo, etiam, si cum dativo construitur, perdo. AS.* faran; *cfr. gr.* πείρω *eo, transeo.*

Fartekja *f. sumtio navigii, stipulatio de vectura seu facultate navigandi. Th.* ek tek; far *vide antea*

Farvegr *m. via vestigiorum, directio vestigiorum, vestigia.* ok sèr hann manna farveg frá liggja *humanæ tamen inde tendentia vestigia observat Þb.* 5 *Cfr. ind. Grg. h. v.*

Faung *n. pl. bona quæcunque acquisita, inprimis mobilia, ruta cæsa, proventus villicationis nondum consumti; cfr. ind. Grg. sub* bússafleif. *Th.* ek fæ *acquiro,* hefi fengit, at fá; *cfr.* ek fánga, *capio proprie: in sinum recipio,* fáng *sinus,* fáng *etiam captura, ut in* fiskifáng, veiðifáng &c.; *gr.* πάω

Fègirnd *f. pecuniæ appetentia, avaritia. Th.* fè, *pecuniæ, etiam: pecus &* girnd *cupiditas,* gjarn *cupidus avidus, deditus, lubens,* gerr *avidus. Quoad f cfr. AS.* fea, feo *vel* feoh, *et gr.* πάω *possideo acquiro, quod idem videtur cum nostro* ek fæ *nanciscor.*

Fel ek *v. celo, abscondo, etiam: committo, trad Cfr. ind. Grg. h. v.*

Fell ek *v. cado, pereo.* Sá eiðr fellr til V mark — til útlegðar *hoc juramentum qui præstare ne quit (hoc juramentum si deperierit) quinqu*

marcarum multam — exilium — luat reus Þb. **6, 7.** *Cfr. Gloss. Nialæ h. v.*

Felldr *adj. dejectus in terram, arietatus.* felldr at máli *condemnatus Mh.* **21.** *Etiam esse potest p. p. p. v.* ek felli, *sterno, in terram dejicio;* fall *occasus. Cfr. gr. βάλλω jacio.*

Fèsókn *vide* fjársókn.

Festa *f. firmitas, confirmatio, fides stipulata.* at selja grið ok festu taka *pacem promittere & fidem stipulando accipere Mh.* **20.** *A*

Festi ek *v. figo, adstipulor, solvere promitto, spondeo.* at festa fe *pecunias stipulari Kb.* **5.** *Hinc:* at festa konu & at festa sèr konu *uxorem despondere alicui, et desponsatam habere.* festar *f. pl. sponsalia;* festarmaðr, *Kg* **1**, *sponsus;* festarkona *sponsa; hæc non a* festa, *quod in genitivo habet* festu, *sed a* festi, festar; *sed utraque ejusdem originis et tantum diversa forma* (*v. ind. Grg.*); festi *hodie etiam denotat monile, non quod monilia in collo firmiter sint suspensa, sed verosimillime quod sponsi sponsis tale quid in arrham dare consveverunt. Adhæc*

Festíng *f. sponsalia.* fyri festíng eða eptir *ante vel post sponsalia Et.* **14.** *Th.* fastr *firmus, stabilis, etiam: compressus, infixus. Cfr. gr.* πήσσω, *dorice* πάσσω, *infigo, compingo.*

Fimtarstefna *f. citatio quinionis, citatio in qua quinque dierum terminus præfinitur. Th.* fimt, *genit.* fimtar, *quinio, terminus quinque dierum* (*cfr. ind. LL. Gulensium M. R. sub* fimt), *et* stefna *citatio* (*AS.* stemne, *tempus præfinitum*), *cfr. ind. Grag. sub* stefna.

Fimtarþing *n. comitia post quinque dies habenda. Vide mox antea.*

Firrðr *v.* firðr *adj. vi vocis: qui ab aliquo removetur, privatus.* hinn (hefir) firðan sek liði manna *alter auxilio se privat civium Mh.* **21.** *Th.* ek firri *privo;* firr, first *prius, primo,* fjarr *v.* fjærr, fjærst *remotius, remotissime. AS.* afyrran *removere,* feor *procul; cfr. gr.* πόῤῥω *idem. V. ind. Grg. sub* firri ek & firnari.

Fiski ek *v. piscor.* fiskr, *piscis; cfr. gr.* ἰχθύς *idem.*

Fiskveiður *f. pl. captura piscis, piscatio, oportunitas piscandi. Cfr. mox antea,* & veiði *vel* veiða, *in pl.* veiður, *captura. V. ind. Grg h. v.*

Fjaðrklæði *n. pl. vestimenta plumea, culcitræ plumeæ ɔ: plumis refertæ. Th.* fjöðr, *genit.* fjaðrar, *penna, v.* fiðr, *pluma, et* klæði, *vestimentum; vide* klæðaílát *infra. Quoad* fiðr *vel* fjöðr *cfr. gr.* πτάω *v.* πετάω *volo.*

Fjármagn *n. et* fjármegn *n. vis bonorum, facultates.* at fjármagni *pro bonorum quantitate Þfb.* **6**, *Mh.* **29.** *Th.* fe, *genit.* fjár (*vide* fègirnd *supra*), *et* magn *v.* megn *v.* megin, *vires. Cfr. ind. Grg. sub* handmegn.

Fjársókn *f. v.* fesókn *f. actio rei persecutoria, actio de debito. Th.* fe (*vide* fegirnd) *et* sókn *actio,* ek sæki (*cfr. ind. Grg. sub* sök, sókn, sækjandi).

Fjölmæli *n. nugacitas, nugæ. Th.* fjöld, *in compositione* fjöl, *multitudo* (*AS.* fiala *multi; cfr. gr.* πολύς, *multus*), mál & mæli, *elocutio, loquela.*

Fjölmælismaðr *m. homo multiloquus, nugator. Vide mox antea.*

Flet *n. area domestica, domicilium.* á flet sóknarmanns *in actoris publici domicilium. Hinc Dan.* fledföre, Fledföring, *qui per contractum alimoniæ domesticam suam mansionem immutat et domicilium suum transfert. Hodie* flet *dicitur cubile vile et depressum, quasi derivandum fuerit a* flatr *planus, quod etiam accipio.* Flet *domicilium denotasse, apud veteres, testantur et leges Anglosaxonum vetustissimæ, ex. gr. Hlotharii & Eadrici in seculo septimo, ubi legitur:* an oþres flette *in alieno domicilio,* þam þe þat flet age *ei qui hoc domicilium possidet, et leges Danorum antiquæ, ubi τὸ* flet *v.* flæth *v.* flæt

domicilii tenet notionem; sed cum etiam denotet aream domesticam, unde facile domicilium in genere denotare potest, nihil obstat hanc vocem ad flatr *planus referre; cfr. gr.* πλατύς, *latus, amplus.*

Flís *f. vel m. frustulum ligni.*

Flugumaðr *m. vir volans v. insidiose superveniens, sicarius, assassinus. Th.* flug *volatus, festinatio, etiam: fuga, v.* fluga *musca et festina profectio ad occidendum (*ek flýg *volo); cfr. gloss. Landnamæ h. v. Cæterum ad* ek flýg, fló v. flóg, *proxime accedit gr.* φλόξ, φλογός, *flamma, quæ quasi volat.*

Flærð *f. dolus malus, fraudulentia, fraus, astutia, blanditia.* flár *astutus — etiam: crispus, implicatus (de pannis) — et qui blanditiis decipit, unde non inepte confertur gr.* φλέω *nugor,* φλαῦρος *malus,* φλύαρος *nugator.*

Fóli *m. quod celatur, res furtivæ. Vide* fel ek, fal *vel* fól, hefi fólgit *vel* falit, at fela; *Dan.* at fiele; *cfr.* fjárfæling *in ind. Legg. Gul. M. R.; adferri possunt gr.* φηλέω *decipio,* φηλός *fallax v.* φωλεός *latibulum.*

Fordæðuskapr *m. vox mihi incertæ tam significationis quam originis. Forsan vi vocis: insania vetusta; incantationes, veneficia, magia. Ex sententia Bernonis de Skardsa (Scripta Litt. Isl. Societ. II. p.* 134) *vox composita est a* for *negativo et* dáð *honos, ita ut* fordæða *denotet: privationem honoris. Sed vix ac nevix probari potest* dáð *honorem denotare, et perraro* for *negationem involvit, sed in constructione sæpissime æquivalet Latinorum præpos. pro, per vel ante. Neque hoc modo* fordæða *vel* fordæðuskapr *veneficii notionem involverit, quam tamen his vocibus inesse haud dubitandum. Mihi igitur subvenit* fordæða *et* fordæðuskapr *derivandum esse a* forn *vetustus* (forðum *antiquitus*) *et* æði *insania, furor, vel* óðr *ingenium, ita ut denotet in genere: omnes malas & superstitiosas gentilismi & antiquitatis artes, quæ speciatim enumerantur Mh.* 6, *et quoad significationem æquivaleret* forneskja, *superstitio gentilis & vetusta. Nihil obstat* n *in* forn *hoc modo in* ð *mutari, hujus enim permulta occurrunt exempla, et vice versa (*mannr, *hodie* maðr; muðr, *hodie* munnr *&c.).* skapr *tantum est terminatio substantivi vix antiquitus adhibita. Vox* fordæðuskapr, *ni fallor, in jure eccles. Thorlaco-Ketiliano cap. II primum invenitur, et a clericis lingvæ nostræ obtrusa videtur.*

Forfallalaust *adv. sine impedimentis. Th.* þat fellr for *vel* fyrir, *objicit se; impedimenta enim se agenti vel eunti objiciunt.* (laus *liber, solutus; AS.* leas; *cfr. gr.* λύω *solvo*).

Forráð *et* forræði *n. potestas, procuratio.* at eiga forræði, *curam rei vel personæ gerere, potestatem habere, Mh.* 6. með forráði *auctoritate Mh.* 29. *Th.* for *præ (cfr. gr.* πρό) *et* ráð *imperium, rectio;* ræði *idem; AS.* rad, ræd (ek ræð *rego, AS.* rædan).

Græfr *adj. sepeliendus, honestæ sepulturæ jure gaudens.* eigi at kirkju græfir *in templi cœmeterio haud sepeliendi Mh.* 7. *Th.* gröf *fovea, in specie: sepulcrum* (ek gref *fodio); vide* grafarbakki.

Guðgjafi & guðsgjafi & guðgefi *(ultimum mendose) m. donum Dei.* gánga skal guðgjafi ti fjalls sem til fjöru *dono Dei (de salmone), sive ad montes sive ad litus tendit, haud præstruendum iter. Th.* guð *Deus,* gjöf *donum* (ek gef *do; vide* gjöf). *Cæterum in Lbb.* 24, *ubi hæc vox occurrit, legendum videtur* guðs gjöf *vel* guðs gáfa, *quod et habent exscripta V & Þ &. Sch.*

Guðslög *n. pl. leges Dei seu divinæ; sic leges canonicæ dicebantur a catholicis.*

Guðvefr *m. verbotenus: textum pugnæ, textum nempe vexillis militaribus adhibitum; ut volunt interpretes: textum bombyceum.* Guðr *v.* Gunnr *una inter Valkyrjas dicta est & poetice denotat pugnam* (guðr var þeim a sinnum *pugna iis in animis fuit Hk. I, pag.* 95), *et cum variis ad pugnam pertinentibus nominibus conjungitur, ut* gunnmár *volatile bellicum i. e. sagitta;* gunnborð *tabula bellica i. e. scutum;* gunnfáni *vexillum militare;* Guðvefr *per texturam bicolorem & figuratam exponit B. Halthori et talem vexillis adhibitam fuisse dicit Lex. isl. I. p.* 313. *Hanc texturam bombyceam fuisse dicunt interpretes Hk. I. pag.* 102, *et Niali Hist. cap.* 53. guþ *v.* gunn, guþr *v.* gunnr *ad gr.* κήδω, *noceo, refert Johnsonius ind. Nialæ sub* gvnnr. *Cæterum* vefr *tela v. textile* (ek vef, vóf *v.* óf, at vefa, *AS.* veban *texere; conferendum cum gr.* ὑφή *textura,* ὑφάω *texo.*

Gögn *n. pl. instrumenta & probationes in causa agenda, opponuntur testibus Kb.* 2. *In sing.* gagn *utilitas, quicquid usibus inservit; AS.* gain *Angl.* gain *lucrum, utilitas; Dan.* Gavn; *Germ.* Gewinn *idem. Cfr. gr.* γάνος *gaudium,* γάω *superbio; sed nostrum* gagn *etiam victoriam denotat, Hk. I. pag.* 6.

H.

Hafna ek *v. repudio, accipere nolo aliquid mihi oblatum, nego, abdico; cum dativo. Primitus scriptum fuisse opinor* hamna ek. f & m *sæpissime inter se alternant, ut* stemna *hodie* stefna

stamn *hodie* stafn, hifin *hodie* himin. *Hinc cognatum puto cum* ek hamla, ek hem *impedio, moror, facio ut aliquid maneat in loco ubi antea fuit* (heima *domi*); *cfr. Dan.* at hemme, *Sv.* hæmma, *Germ.* hemmen. (*Olavius Synt. de Bapt. deducit* hafna *ab* ek hopa *vel* opa). *Cfr. AS.* ham *domum*, hame & hive *domus.*

Haldsmaðr *m. sustentator, tutor vel curator pupilli, etiam: pastor pecoris contractitius. Et.* 25, *Kb.* 12. ef haldsmaðr hittir eigi fyrr en önd er or *si pecora deposita* (*pabulanda*) *tenens ea demortua primum inveniret.* ek held *teneo; AS.* healdan; *cfr. gr.* ἔλλω *teneo, contineo.*

Hálfbræðrúngr *m.* & hálfbræðrúnga *f. verbotenus: semifratruelis, cum nempe duorum patres fratres tantum fuerunt vel ex patre vel ex matre. Horum filii semifratrueles dicuntur in successionis classe sexta Et.* 6, *quasi simplici propinquitatis vinculo tantum conjuncti.* hálfr *dimidius*; bróðir *frater, cfr. gr.* πρότερος *prior, primarius. Fratrum vel fratris & sororis vel sororum filios invicem dictos fuisse* bræðrúnga *apparet e Landnama cap. XVIII, ubi Guttormi ducis filii* bræðrúngar *fuisse dicuntur cum Haraldo pulchricomo; Guttormus enim frater fuit Ragnhildæ, matris Haraldi. Cfr.* bræðrúngr *et* bræðrúnga *in ind. Grg.*

Hálfþrítugr *adj. annum vicesimum quintum agens, cum nempe tertia ætatis annorum decas dimidiata est. Th.* hálfr *dimidius,* þrír *tres* & tugr *decas* (tíu *decem, gr.* δέκα).

Handgenginn *adj. qui manum alicujus proxime accedit, familiaris, addictus, satelles, aulicus. Th.* hönd *manus (v. gloss. Nialæ h. v.) et* ek geng *eo. AS.* on hand gan *v.* gangan *ministerio alicujus se addicere (sic nos etiam habemus* at gá *et* at gánga *ire).*

Handsalsslit *n. stipulationis violatio; vide ind. Grg. Cfr. AS.* handsyllan *mancipare, tradere,* handselen *traditio manufacta;* bryce *iis fractio, violatio (quod convenit nostro* brek, brák *fractio), sed etiam* slitan *rumpere.*

Handvömm *n. pl. vitium v. culpa manuum, incuria, neglectus, culpa lata. V. ind. Grg. h. v.*

Heiðni *f. ethnicismus, gentilismus.* at fremja heiðni *cultum gentilismi et artes superstitiosas exercere Mh.* 6. *Quidam, ut P. Vidalinus, ab* heiði *vel* heiður, *loca elata, deducunt, quod ab* hár *altus. Alii adferunt ut radicem gr.* ἔθνος *gens. Sane* heiðinn *denotat illustrem,* heiði & *loca elata et cælum serenum,* heiðr, *quæ vox huc etiam referri potest, est honos, cumque allatæ voces omnes in meliorem sumantur partem, mihi non verosimile videtur, primos christianos ethnicos vocasse* heiðna, *si in bonam partem significatio vocis vergerit, unde secundam potius recipio conjecturam, aspirata tantam adjecta* ἔθνος. *AS.* hæthendom, heiðindómr, *ethnicismus,* hæthen *gentilis.*

Heilagr *adj. sanctus, jure communi exemtus. V. ind. Grg. h. v. AS.* halig, *quasi* háligr, *hodie* heilagr.

Heilspenuð *adj (in fœminino semper utitur, de pecudibus generis sequioris) integrarum mamillarum. Th.* heill *sanus, integer* (*AS.* hal; *gr.* ὅλος), speni *mamilla in ubere,* ek spenja, *hodie* spana, *distendo; cognatum* at spenna *fibulare, tendere,* spönn *interstitium distentum inter pollicem & indicem,* at spanna *hoc interstitio metiri, AS.* spannan *tendere, gr.* σπάειν, *contr.* σπᾶν, *trahere. Mamillæ uberis inter mulgendum & trahuntur & distenduntur.*

Heimafriðr *m. pax domestica.* at brjóta heimafriðinn *pacem et securitatem domesticam violare. Th.* heima *domus, domicilium; AS.* ham *domum,* hame *domicilium; cfr. gloss. Synt. hac v. Non absurdum erit adferre gr.* ἅμα *simul, una cum, v.* ὁμᾶ *una; domestici enim una et simul*

vivunt. friðr *pax*; *AS.* frith *v.* fryth *ut in* frythstove, *Isl.* friðarstofa, *asylum*; *cfr. antea* friðla, friðheilagr.

Heimanferð *f. verbotenus: profectio a domo, dos profectitia. Th.* heiman *a domo* (*vide mox antea*) ferð *itio*, ek fer *eo*, *AS.* faran *ire*, *cfr. gr.* πείρω *transeo.*

Heimanfylgja *f. quod a domo aliquem sequitur, dos profectitia. Th.* heiman (*cfr. antec.*), fylgja *sequela, quod aliquem sequitur,* ek fylgi *sequor*, *AS.* folgan, *cfr. gl. Nialæ sub* fylgi.

Heimild *f., in pl.* heimildir, *evictio, auctoritas, justus titulus. V. ind. Grg. h. v. Hinc*

Heimildartaka *f. acceptio evictionis.* ek tek *capio*, *AS.* tæcan *capere*, *gr.* δέχω *capio.*

Heimilliga *v.* heimiliga *adv. justo titulo.* heimill, *v. ind. Grg.*

Heimsókn *f. invasio in domicilium alienum.* heimsóknarvitni *testis de invasione domestica seu de pacis domesticæ violatione Mh.* 11. heima (*v. antec.*) *et* sókn *pugna, invasio, actio* (ek sæki *adorior*); *AS.* secan *sequi.*

Heimstefna *f. domum citatio, cum quis citatione admonetur, ut certo die domi inveniatur.* heimstefnuvitni *testis de domum citatione. Th.* heima (*cfr. præc.*) *et* stefna, *v. ind. Grg. sub* stefna. heimstefna *in Þb.* 4 *idem videatur esse ac citatio arctatoria; sed in citationibus primum necesse fuit citandi domicilium scire, ejus enim respectu terminus definiebatur, unde in citationibus forensibus primum citatum fuisse videtur ad domum seu domicilium, & inde in comitia.*

Heiptugr *adj. hostilis, odio incitatus.* með heiptugri hendi *manu hostili, manu odio incitata. Th.* heipt *odium inveteratum, ex usu hodierno, sed ex vera significatione: ira incitata & vehemens, æstus animi. Conferunt, & quidem bene, Dan.* hæftig, *Germ.* heftig, *acer, ardens, impetuosus, fervidus, vehemens; sed ab* ek hepti *impedio, retineo, vix derivandum. Radicis loco adferri merentur gr.* ἰάπτω, ἵπτω *et* ἵπω *noceo, jaculo emisso lædo.*

Held ek *v. teneo; AS.* healdan *tenere, gr.* ἔλλω *contineo. Phrases plurimæ huc referendæ leguntur in gloss. Nialæ h. v.* at halda fyri eineiðis *juramento solitario se purgare.*

Helgrdómr *m. res sancta, reliquiæ sanctorum. V. ind. Grg. sub* heilagr *et antea.* dómr *vel est terminatio substantivalis — ut in* manndómr *virilitas,* meydómr *virginitas, et aliis. Lat. -tas vel -tudo respondens* (*sic etiam AS.* hæthendom *gentilitas,* haligdom *reliquiæ*) *— vel indicat definitionem & judicium Papæ de divi cujusdam sanctitate* (*canonizationem*), *ita, ut* helgidómr *vocis sit res quæ sancta est judicata. Hæc sententia tamen nimis quæsita esse videtur. Cæterum homagium Regibus Norvegiæ præstabatur in Nidarosia, ad scrinium seu reliquias Olai Regis sancti, quibus jurantes manum vel imposuerunt vel admoverunt. In* Helgrdómr, *cum* ✠ helgr & dómr *sit casus rectus, utraque vox declinatur.*

Help ek *v. adjuvo, auxilior, sustineo, servo.* ok helpr svá lífi sínu *et propriam ita sustinet vitam Þb.* 1. *AS.* helpan *servare, fovere. Hodie* hjálpa ek *auxilior,* hjálp *auxilium, AS.* helpe *id. Ad* heill, *salus, refert Olav. Synt. de Bapt., nos ad gr.* θάλπω *foveo, florere facio.*

Hess *n. palear, in boum colle inferne dependens pellicula.* en ef hess er í bandi *si ligamen paleari infixum fuerit Kb.* 12, *de bobus & vaccis, quas veteres in stabulo alligabant palo, ut et hodie fit, et ligaminis alterum finem transfixo paleari applicabant, vel simpliciter palear transfigendo, vel ligamen duplicatum ex uno latere infigendo, quod deinde ex altero latere cuneo ligneo claudebatur; vide* rennistaurr. *Collatum volo gr.* ἧσσα *partes inferiores, vel* ἕζω *colloco, sedere facio.*

Himinríki *n. regnum cæleste; etiam, et id sæpissime,* himnaríki *Th.* himin, *antique* hifin, *cæ-*

lum (AS. heafon; ek hef *elevo)*; ríki *regnum, potentia, AS.* rice, *vox multæ cognationis.*

Hirðmaðr *m. vir aulicus, satelles, prætorianus.* Hirð *cohors prætoriana, satellitium;* ek hirði *servo, custodio, curo;* hjörð *grex, quæ custoditur, AS.* heord *exercitus.*

Hirðstjóri *m. præfectus aulicorum vel cohortis prætorianæ. Th.* hirð *(mox antea) et* stjóri *in constructione idem quod* stýrir *rector, præfectus, gubernator; AS.* steore *idem; cfr. gr.* στερέω *corroboro,* ek stýri *rego, cursum firmum facio.*

Hjúskapr *m. matrimonium. Vide ind. Grg. sub* hjú, hjúskapr, hýi. *Legitur et* hjúnskapr.

Hlass *n. vehes. Vide ind. Grg. h. v. AS.* hlaðan *congerere,* hlæð *agger; gr.* κλῆδός *cumulus.*

Hlunnindi *n. pl., v. aspiratione omissa* lunnindi, *beneficia, auxilia, fomenta quæcunque; etiam: privilegia.* eptir þeim lögum ok hlunnindum *juxta leges et privilegia Kdb.* 7. *Th.* ek hlynni *auxilium fero, foveo, suffulcio (hinc etiam* hlunnr *suffulcrum navis); vel a* Hlyn *dea tutelaris eorum, quibus Frigga propitia fuit, vel a* hlýr *calidus, etiam: fovens, unde formatur verbum* ek hlýna *calefio; sed scribere mallem* hlír *et* hlína, *quasi derivandum a* hlè *remissio, si non omnium Lexicographorum auctoritati id repugnaverit.*

Hneixli *n. offendiculum, offensio.* þat er horfir til hneixla *quod in offensionem alterius spectat Mh.* 25. ek hneigi *incurvo,* ek hnekki *infringo, male habeo,* ek hníg *cado, AS.* hnigan *caput demittare. Cfr. gr.* νεύω *nuto, vergo,* νεῦσις *devergentia.*

Holkn *n., in pl.* hölkn, *salebræ, saxeta, aspreta, loca elata; cognatum* holt *colliculus saxeti,* hvoll *vel* hóll *tumulus, colliculus,* hola *cavea ab* holr *cavus, AS.* hol *cavea. Cfr. gr.* κοῖλος *cavus. Vide Sc. societ. Litt. Isl. III p.* 239.

Hollr *adj. propitius, benignus. V. ind. Grg. h. v.*

Hollusta *f. benignitas, Regi debita fides subditi. Hinc* hollustu eiðr *homagium.* hollr, *qu. v.*

Hórbarn *n., in pl.* hórbörn, *liberi adulterini. Th.* hór *adulterium (AS.* hor *idem) et* barn *infans* (ek ber *pario). Vide Gloss. Eddæ Sæm. sub* hórr.

Hreysar *v.* reysar, *legitur etiam* hreisar, *acc. pl. ut videtur f. g. (a nominat. sing.* hreysi *n.), loca inculta saxis & lapidibus conferta, saxeta, ubi sæpe antra & speluncæ inveniuntur. De origine vocis ambigi potest, maxime quod sæpissime scriptum sit* hreysar, *non* hreisar. *Occurrit in Snorronis Hk. III pag.* 349, *II pag.* 358, *Edda Sæm. I pag.* 141. *ut et in Legg. Norv. antiquis, ex. gr. in Legg. Gulens. H. A. Llb. cap* 2, *ubi Legg. interpres Pausius dicit* hreysar *esse loca virgultis consita, quasi a* hrís, *virgulta, sit derivandum; eocum faciunt et G. Pauli (vide Gloss. Eddæ Sæm. I sub* hreysi) & *B. Halthori, Lex. isl., et G. Andreæ, hic quamvis scribat* hreysi, *sed non* hreisi. *Mihi etiam* hreysi & hreysar *a* hrís, *betula, cui collatum volo gr.* ῥίζα *radix,* ῥίψ *ramus,* ῥώψ *virgultum.* Hreysar *etiam legitur* hrísar, *et prædia quædam in locis salebrosis in Islandia ædificata hoc nomine veniunt.*

Hrísla *f. betula. V. mox antea et* hrísrif *in ind. Grg.*

Hræðsla *v.* hræzla *v.* ræzla *f. metus, timor, verecundia, veneratio, reverentia.* hræddr *timidus, perculsus,* ek hræði *perterreo. Conferunt gr.* ὀῤῥωδέω *metuo; sed mihi potius referendum videtur ad* hraðr, *AS.* hrað, *velox, celer, pernix (pavidi enim celeriter currunt et aufugiunt), quod iterum ab* ek renn *curro, pro more* n *in* ð *mutato.*

Hússbúnaðr *m. apparatus in domo, suppellex, inprimis ad domum instruendam & ornandam pertinens; forsan in specie: tentoria parietum. Th.* hús *domus; AS.* hus *idem. Olavius* hús *a* hjú, *AS.* hive *familia, deducit, et optime, ut solet; sed mihi* hjú *ab* hýi (*gr.* υἱός) *familiaris (v. ind. Grg. h. v.).* búnaðr *ab* ek bý *instruo, orno,*

paro; cfr. gr. ποιέω fabricor, celebro, vel πάω acquiro.

Hússgjörð *v.* **hussgerð** *f. structura domus.* **Nú ef hússgerð er mælt á hendr honum** *si exstructio domus a colono conductitio stipulata fuerit Lbb.* **11. hús** *(vide præc.) et* **ek geri** *vel* **gjöri** *facio, AS.* **gearvian** *parare.*

Hvanngarðr *m. hortus angelicis crescendis destinatus. Th.* **hvönn** *(genit. hvannar), angelica, et* **garðr**, *vide* **garðbrjótr.**

Hvinnska *f. furtum rei minoris, si non minimæ, furtiva contrectatio, habitus furandi.* **hvinn** *qui res multas, sed minoris pretii, furatur. Origo vocis haud apparet, nec obvia.*

Hygg ek *v. opinor, existimo, cogito.* **at hyggja til einhvers** *aliquid intendere.* **hugi** *animus; AS.* **hoge** *cura, etiam* **hyge** *animus; cfr. gr. οἴω puto, existimo.*

Hyllíng *f. homagium. Vide* **hollr.**

Hæfi ek *v. attingo, scopum collineo, assequor.* **Er svá fá hæft þeirra fjögra systra hófi** *qui quatuor sororum temperantiam ita attingunt Mh.* **35.** *Th.* **hóf** *lingula seu examen bilancis, et metaphorice: temperantia, unde* **hófsemi** *idem, voce per terminationem substantivalem producta, vel si mavis* **semi** *ab* **ek sem** *compono.* **Hæfr** *adj. adhibendus, utilis, conveniens, dignus* **(ek hef** *habeo).* *Inde*

Hæfir þat *v. impers. (cum dativo pers. construitur), vi vocis: æquum est, decet, convenit.*

Hæliker *n. poculum calceatum.* **Hæliker** *vel* **deiliker**, *vox sane dubia et mihi incertæ derivationis, occurit* **Et. 21** *et in loco respondenti H. H. LL. Frost. p.* **130.** *Pausius in incerto versatur circa horum poculorum usum ut et vocis derivationem; vide loco cit. not. r. Mihi videtur esse corrupta locutio pro hodierno* **kaleikr** *calix, nisi compositum sit et formatum ab* **Hæll**, *calx (pedis), et* **ker** *vas. Adhæc in Islandia habentur pocula, tribus calcibus vel globulis quæ instant.*

Höfuðbarmsmaðr *m. vel* **höfuðbarnsmaðr** *m. Kg.* **2.** *tutor primarius & legitimus, vel propinquorum proximus. Hanc vocem nullibi me legisse memini. Si hæc lectio genuina fuerit, vocem compositam opinor ab* **höfuð**, *in constructione quicquid primarium est (AS.* **heafod** *caput;* **ek hef** *elevo, unde etiam* **háfr** *v.* **hár** *altus),* **barmr**, *pectus, vel etiam* **barmi** *frater (poetice); sed cum hæc poetica significatio & sit ambiguæ auctoritatis, et in prosa vix adhibenda, pectoris significationem præfero; cæterum* **brjóst & barmr** *cum idem significent,* **barmsmaðr** *esse potest: tutor, defensor (vide quæ sub* **brjóst** *annotavi), hinc* **höfuðbarmsmaðr barnanna** *erit primarius tutor liberorum. Fratrum primarius non esse potest; omnes enim viduæ liberos impuberes esse, hoc loco præsumitur, Kg.* **2.** *AS.* **bearm, bærm**, *sinus, gremium, etiam: pectus.*

Höpt *n. pl., in sing.* **hapt**, *vincula.* **At koma höptum á** *vincula injicere Mh.* **8. ek hepti** *impedio, vinculis constringo; AS.* **hæftan** *et* **hæft** *vincula. Cfr. gr. ἅπτω necto. V. gl. Nialæ sub* **hapt.**

I. J.

Jafnaðareiðr *m. juramentum æquiparatum seu æquitatis. Interpres legg. Gul. M. R. per juramentum consuetum, vel usu receptum exponit, ni fallor, minus recte. Juramentum æquitatis vel* **jafnaðareiðr** *quale fuerit innuitur in jure Bjarkönsi cap.* **22** *(edit. Pausiana)* **En hvervetna er maðr bætir manni fullrètti, þá skal hann vinna honum jafnaðareiðr, at hann mundi slíkt sáttmál ok slíkar bætr sèr til handa taka af honum, ef hann átti slíkan lut máls sem hann, ok væri þeir**

jafnir menn, ok vildi hann sátt taka, *Ubicunque unus alteri juris personalis violati multam integram persolvit, ille huic præstet juramentum æquitatis, ejus sententiæ (ut polliceatur), se talem reconciliationem tantamque multam pro sua persona a modo recipiente recepturum, si æqualem postea habuerit causam ac ille nunc habet, et si æqualis uterque fuerit dignitatis, et reconciliationem non recusaverit. Tale juramentum (quod Pausius bene nominat Dan.* Jævningseed) *exercitium justitiæ prævertit, et verosimillime non raro iniquitati abominabili præbuit ansam. Hinc Legislator talia juramenta omnino abolere voluit, adjecta ratione: nos enim omnibus regni incolis jurejurando jus & justitiam sumus polliciti.* Jöfnuðr, *genit.* jafnaðar, *æquitas, proportio;* jafn *æqualis* (*AS.* efen, æfen, efn). *Cfr. gr.* ὅμος, ὁμοῖος *similis. Quoad* eiðr *v.* eiðstafr *supra.*

Jafnborinn *adj. par conditione vel natalium vel dignitatis. Th.* jafn *(vide mox antea) et* borinn *natus* (ek ber *pario*).

Jafnligr *adj. æqualis. Substantivi loco & absolute ponitur Mh.* 35.

Jarðarmegn & jarðarmegin *n. quantitas fundi.* sem þeir hafa jarðarmegin til *pro rata parte, quam tenent, prædii Lbb.* 20. jörð *terra* (*AS.* eorð, eard, gearð; *cfr.* ἔρα *terra*), megn *v.* megin, *v. in ind. Grg. sub* handmegn. *AS.* magan *posse.*

Jarðleiga *f. locaria fundi. Th.* jörð & leiga, *quod v. in ind. Grg.*

Járnhvalr *m. balænæ portio ferrea, sc. portio ei debita, qui balænam jaculo confecit. Th.* járn *ferrum (antique invenitur* ísarn, *AS.* isarn & iren), hvalr *balæna* (*AS.* hwæl *idem*). *Vide* skotfè *in ind. Grg.*

Indæll *adj. jucundus, svavis, facilis.* Nema sá vili indælla gjöra hánum, er taka á sal *nisi ille, qui solutionem reciperet, eam solventi magis facilitare voluerit þfb.* 6. *Si cum omnibus ab* yndi (ek uni) *gaudium, jucunditas, mihi fuerit derivandum, sub* y *hæc vox ponenda fuerit, sed æquo jure ab* iðr, iðja, iðn *opus, exercitium, vitæ consvetudo, et* dæll *placidus, facilis, derivatur, quasi sit* iðndæll *factu facilis, factu jucundus.*

Innstæða *f. sors, caput, capital. v. ind. Grg. sub* innstæði.

Innvirðiliga *adv. omni attentione, exquisite, exacte. Th.* inn *v.* inni, *intus, et* ek virði *æstimo, taxo — quasi sit internum rei pretium considerare. Hodie* innvirðugliga. *V. gloss. Synt. de bapt.*

Jólanótt *f. nox natalitiorum Christi. Quoad etymon vocis* Jól *vide Gloss. Synt. de bapt. AS.* gehul *quodvis festum.* nótt *nox, AS.* næht, niht, *gr.* νύξ, νυκτός, *nox.*

K.

Karl *m. vir; hodie senex, quam significationem etiam antiquitus habuisse videtur; cfr. quæ sub* karlsift *in ind. Grg. notata sunt.* Karl, *si opponitur* kona (karl ok kona), *virum denotat. Si opponitur* konúngr, *ut in Mh.* 7: bæði fyri konúngi ok karli, *subditi notionem admittit. AS.* carl, ceorl. *Cfr. gr.* κάρ, *homo nihili, vel* κάρος *sopor cum gravedine. G. Andreæ distingvit inter* kall *senex &* karl *vir, sed rationes non adfert.*

Karlbarn *n. puer, infans masculus.* karl & barn *(ek ber pario).*

Kaupfox *n. fraus in vendendo. Th.* kaup *emtio venditio,* ek kaupi *emo, etiam: commuto; AS.*

ceap *merx*, ceapan *v.* cypan *emere; cfr. gr.* κάπηλος, *propola, et Lat. caupo.* fox *vulpes, metaphorice: astutia, Angl.* fox, *Germ.* Fuchs; *cfr. gr.* φοξός *cui caput acutum est, ut vulpis; v.* φεύγω *fugio,* φυγάς *exul.*

Kaupreina *f. nundinæ, emporium, locus contractus iniit. Th.* kaup *(v. præc.) et* rein (reina *sane insolitum quid) vel* reim *sulcus in agro, quicquid longum et tenue, etiam: locus quicunque definitus* (ek renn *curro, AS.* rennan *currere*).

Kaupstefna *f. idem. V. ind. Grg. h. v.*

Kelfing *f. vitulatio, partus vituli. V. ind. Grg. sub* kelfr.

Kendr *adj. notus compertus.* kendr at þýfsku *furti compertus Þb.* 1. *Ab*

Kenni ek *v. nosco, agnosco, recognosco, imputo, insimulo.* fe þat, er hann kennir sèr *bona quæ pro suis agnoscit Þb.* 3. 6. at kenna öðrum stuld *furti alium insimulare Þb.* 4. (ek kann *scio*). *Vide ind. Grg. h. v. et sub* kuþr *AS.* cuth.

Keyr *v.* kjör *n. electio.* ek kiöri *eligo.*

Kínga *f., Et.* 21, *quid sit, nescio. Pausius in Dan. versione legg. Frostensium H. H., ubi occurrit* kínga, *opinatur esse idolon vel effigiem dei cujusdam tutelaris in familiis, et compositum esse fingit a* kin *genus et* at gá *attendere; sed permultæ rationes huic repugnant. Primum enim* kin *scribendum fuerit* kyn, *si genus denotaret, et* gá *verosimilius fuerit substantivum vel adjectivum, quam verbum in constructione cum substantivo, et tum* gá *denotat hiatum, latrationem, irrisionem. Secundo: si idolon denotarit* kínga, *hæc vox haud illata fuerit in leges Haconis Haconidis, christiana religione vigente, nisi effigies fuerit sancti et divi cujusdam hominis; sed haud extant exempla veteres his temporibus effigies sanctorum habuisse, quamvis eorum reliquias fuerint venerati.* kýngja (*non* kínga) *denotat characterem magicum vel fascinum, ut occurrit in Laxdœlasaga cap.* 89, *a* kunngr *in magia peritus, vel multiscius; sed si respicimus ad Mh.* 6, *ubi quævis magiæ genera exterminantur, haud cogitandum, tale quid hæreditati annumerari, seculo decimo tertio plus quam dimidiato, quamvis non negari possit, adhæc permulta ethnicismi vestigia superfuisse, his temporibus, ut et antea; cfr. Eiriks rauða saga cap.* 6. Kínga *præterea legitur in* Rígsmál *Edd. Sæm. III pag.* 181, *et in hujus partis glossario exponitur per lunulam, fibulam, quasi sit* keinga, *quod alias nullibi occurrit, a* keingr *curvatura. Sed loco citato recepta lectio carminis* Rígsmál *mihi quam maxime dubia, ibique legendum opinor:* reistu fald, ringa var a bríngu; *oculata inspectio in codicem Vormianum, unde carmen* Rígsmál *exscriptum est, dubium mihi magis auxit, quam amovit. Sane verbum* keisa *erigere, æque insolitum ac* kínga, *lunulam vel fibulam pectoralem denotans, quod non dici potest de substantivo* ringa *vel* ringja *vel* hringja, *forsan rectius* hringa *fibula, quod et hodie in usu est, quasi fœmininum, masculino* hringr *annulus respondens.* [1]) *Hinc et Pausia-*

[1]) *Hanc doctissimi glossographi sententiam nullo modo approbandam existimo. Ambæ lectiones, quas antea secutus sum, relegenti satis evidentes apparent:* kínga (kingja) *eodem modo dici vel scribi potest pro* keinga (keingja), *ac* svit *pro* sveit *et plura similia. Verbum* keisa (*amplificare, instaurare p. p.*) *vocem cognatam agnoscit in substantivo* keis (*res convexa ac prominula, translate stomachus exuberans; cfr.* keisa, *gallina*). *Refert Laxdœla (impr. p.* 328, *cap.* 76) *quod Helgafelli in tumulo fœminæ gentilis* kínga, *unacum baculo, fuerit reperta; hic igitur fibulam sive aliud muliebre ornamentum indicari opinor.* Kýngi (*magia*) *longe aliud est vocabulum, at* kýnga *nihilominus pro charactere magico inauditum. Pausii etymologica conjectura nullo nititur fundamento. Ejusdem legislatoris (Regis Haconis, Haconis filii) Legum Frostensium* kínga *eandem ac*

nam et codicis nostri lectionem mendosam esse suspicor, legendumque esse kvígo, *acc. a* kvíga *juvenca, quam lectionem etiam servant apographa V & þ & Sch. Facile etiam fieri potuit τὸ* kvígo *in membrana legi* kíngo; *cum enim veteres literam* v *per* u *exprimerent et membrana ita habuerit* kuigo, *necesse tantum fuit, ad mendum inferendum, punctum priori ductu in* u *superimponi. Huc etiam facit, quod verosimile sit, filiæ aliquid deferendum fuisse vaccarum & equorum ex hæreditate materna, cum suam capiat portionem et ovium et anserum. Hinc legendum puto et in Et.* 21 *Jarnsidæ et in legg. Frost. H. H.:* Ross skal dóttir hafa eða kvígu *filia vel equam vel juvencam habeat, ubi et Pausius et quædam apographa legunt* kross *crucem, quod et ex ductuum similitudine in* k & h *oriri potuit. Cæterum* kvíga *vel* kuíga *a* kú, *hodie* kýr, *vacca. AS.* cu *vel* cy. (kvíga *diminutivum*).

Klukka *f. campana.* mikla klukka *campana illa magna þfb.* 3. *Vide ind. Grg. h. v. AS.* clugga *campana. Loco citato innui videtur campana illa, quam Rex Olaus sanctus ad templum Thingvallense, unacum materie ad hoc exstruendum, in Islandiam transmisit, quæ etiam Snorronis temporibus ibi in præsto fuit, Hk. H. p.* 204; *probatque controversia illa famosa, quæ anno* 1727 *incidit inter Nomophylacem P. Vidalinum et præfectum regium N. Fuhrmannum (acta comitialia hujus anni Nr. XVI), ad hoc usque tempus campanam templi Thingvallensis ad comitia generalia indicanda commodatam fuisse. Cfr. tamen H. H. Legg. Frost. Thingfb. cap.* 3. *(Paus. p.* 15).

Klæðaílát, *n. s. vel plur., receptacula vel scrinia vestimentorum. Th.* klæði *vestimentum, AS.* clat, *quod a calidus nonnulli derivant (v. Gloss. Nialæ); sed cum gr.* χλαῖνα *sit lana, vestis,*

---

nostri textus significationem servare puto. Determinant dictæ leges (nostris in hoc puncto fere consonæ) hæreditariam fœminæ sortem (capite nono sectionis hæreditariæ), his nimirum verbis: Dóttir á sauði V . . . oc gæs. Kross skal dóttir hafa eða kingu, hvart sem hon vill, eða brjóstbúnað hinn bæzta, ef eigi er or gulli gör, oc nisti öll, ef vegr eyri eða minna, af silfri gör, oc steina, þó silfr sè í steinum *o: Competunt filiæ oves quinque et anseres* (cuncti). *Sortiatur filia, pro lubitu, aut crucem, aut fibulam, aut etiam ornatum pectoris præstantissimum, nisi ex auro factus sit, nec non lunulas pensiles omnes, quæ pondus unciæ non excedunt, ex argento factas, et porro gemmas, quamvis argento sint inclusæ. Optime conveniunt huic loco vetustæ et variæ quidem Germanorum leges et constitutiones, quarum multos huc spectantes articulos perdocte resensuit illustrissimus Jacobus Grimm, in libro celebri:* Deutsche Rechtsalterthümer *inscripto (pag.* 576 - 582); *ex his unum solummodo hic recapitulare liceat:* zu gerade gehören alle schaf, gense, . . . weibliche . . . gezierde, fürspan, ringe, ... heftlein, halsband, ketten silbern und gülden, . . . kreutze, . . . silbern gürtel *(p. p.). Hic illud* schaf *convenit Norvegico* sauðir, gense — gæs, heftlein *(et forsitan quoque* fürspan) — kinga, kreutz — kross, ketten — brjóstbúnaðr. *An autem hic articulus debeatur coævæ Germanicæ legis normæ, aut etiam pervetustæ Norvegorum praxi (quam cæteræ ipsorum leges reticent) nunc in suspenso linquimus. Nec juvenca, nec equa, in hæreditario illo catalogo memoratur, quod autem* kross *et* kinga *fæmininis ornamentis annumerentur, pro certo est habendum. Cfr. vocabulum* Rós *i. Annoto cæterum, hac occasione data, quod vocabulum Jarnsidæ* gæs *(supra pag.* 78), *e mea opinione pro plurali, non autem (ut translatori placet) pro singulari numero sit capiendum; sic etiam, suo tempore, beatus Thorkelinus, legum Frostensium latinam translationem componens, pro textus* gæs *reddidit "anseres", sed pro* kinga *"fibula", quod mihi ipsi adhuc latuit.*

Finn Magnusen.

et n *antiquum per* ð *hodie sæpissime pronuntietur, inde nostrum* klæði *formatum opinor.* ek læt í *ingero;* ek læt, at láta, *AS.* lætan *ponere.*

Knapi *v.* **Knappi** *m. servus, famulus, pedisequus. Servum antiquitus denotasse puto, ductus cognomine Thorgilsi in Landn. Sag. cap.* 4, *qui* knappi *dictus fuit, et libertus erat Kolli Hroaldi filii, unde ex servili suo statu cognomen verosimillime adeptus est.* knapi *vel* knappi *dicitur Hk. III,* 285, *qui postea eadem pagina servus nominatur. Hk. II. p.* 106 knapi *dicitur Hræreki exregis famulus a calceis, qui verosimillime servilis fuit conditionis;* knapar *ibidem p.* 109 *per calones exponitur. Hinc conjicio* knapi *vel* knappi *denotare addictum vel adstrictum, ut servi domino fuerunt, et hanc vocem cognatam esse* knappr *vel* hnappr *globulus* (en Knap), *quo vestis fibulatur,* ek kneppi *vel* hneppi *coarcto, premo,* at hneppa í þrældóm *in servitutem redigere;* hnappr *adj. v.* hneppr (*v. Hk. II p.*166), *Dan.* knap *arctus, parcus, non liberalis.* k *antiquum ante* n *hodie in* h *mutari, ubivis fere obvium. Fere dixerim* knapp *v.* hnapp, *globulum pileo assutum, signum veteribus fuisse servitutis, quo respicere videtur locus in Legg. Frost. II. H.* (*Paus. I. pag.*165) at gefa einum frelsi frá horni ok frá hnappi *a cornu et globulo aliquem manumittere; huc etiam referenda phrasis antea allata:* at hneppa i þrældóm. *Cfr. gr.* κνεφαῖος *obscurus. AS.* cnapa *puer; Angl.* knave *homo nequam, nebulo; Germ.* Knabe *puer vilioris conditionis.*

Kofri *m. mitra, velamen capitis. Sic apographum V, ubi textus habet* kögra, *de quo postea. Vide, quoad etymon vocis, quæ adferuntur in Gloss. Eddæ Sæm. sub* kögrsveinn.

Konúngsefni *n. princeps hæreditarius, successor Regis demortui nondum receptus, sed recipiendus. Th.* kóngr *v.* konúngr, *AS.* cyng *v.* cyning *rex* (konr *vir, heros, princeps*); efni *materia, id, unde aliquid fieri potest, etiam: opes, divitiæ. Cfr. gr.* ἄφνος *divitiæ, facultales.*

Konúngsfe *n. bona regalia.* at hafa konúngsfe *feuda tenere Kdb.* 4. *Th. liquet.*

Konúngsmaðr *m. idem quod* valdsmaðr, *qu. v.*

Kristindómr *m. christianismus, religio christiana, causæ ecclesiasticæ.* Kristindóm má jafnan sækja *causas ecclesiasticas agere semper liceat Kb.* 8 *v: etiam temporibus quoad causas civiles exceptis, in tempore nempe jejunii quadragesimalis et comitiorum generalium.*

Kross *m. crux, signum crucis. Vox origine latina.*

Kunnusta *f. cognitio, scientia, invenitur &* kunnasta *idem. AS.* cuthnesse *idem. V.* kunnr *in ind. Grg.*

Kvaðavitni *v.* kvöðuvitui.

kvaða *f. postulatio, exactio debiti:* Þá skal stefna honum heim til kvöðu *ille domum ad debiti exactionem est citandus* Kb. 5. kvöð *postulatum* — ek kveð, kvadda, at kveðja, *postulare; aliud:* ek kveð, kvað, at kveða, *dicere* (*AS.* cvethan *dicere*).

kveð ek (kvadda, at kveðja) *v. voco, compello, exigo, postulo.* at kveðja fjár *bona debita exigere* Kb. 5.

kvöðuvitni *n. vel* kvaðavitni *testis de debito postulato. Differt igitur* kvöðuvitni *ex Jarnsida et* kvaðarvâttr *ex Grag., qu. v.*

Kyrkiugræfr *adj. ad templum in cœmeterio sepeliendus, honestæ sepulturæ jure gaudens.* kyrkia, κυρίε οἰκία, *domus domini.* græfr *v. antea.*

Kögr *n. vel* kögri *m. vel* kögr *m., quod habet Hk. III, p.*376, *fimbria, aulæum fimbriatum. V. gloss. Edd. Sæm. sub* kögrsveinn.

L.

Lagarèttr *m. jus legibus definitum vel concessum, in specie: satisfactio juris personalis violati, legibus definita. Sæpius in Jarnsida occurrit* rèttr, lagarèttr, fullrètti, hálfrètti, *etiam* rèttr hálfu aukinn *et* rèttir þrír, *unde summa aliqua definita* τὸ lagarètt *effecit, sed hæc summa in Jarnsida nullibi definitur. In Gragasa* 6 *marcas, seu* 48 *uncias legales effecit, Vsl.* 20 (*cfr.* rèttr *in ind. Gragasæ*); *in Legg. Gulensibus M. R.* lagarèttr *dicitur esse marca argenti Mh.* 29. *Th.* lög, *in genit.* laga, *leges, AS.* laga, *etiam* domas *idem* (ek legg *pono*); *cfr. gr. λέγω constituo.*

Lagastefna *f. citatio legalis, citatio judicialis, dies dicta.* At gjöra lagastefnu til þings *in judicium vocare Þb.* 4, *ubi opponitur* heimstefna, *qu. v. Th.* lög *et* stefna.

Landnám *n. occupatio vel usurpatio fundi, multa ob fundum injuste occupatum, detentum vel usurpatum.* At leggja landnám á *damni fundo illati multam exigere Lbb. II. Th.* land *terra, etiam: fundus* — land ok láð, *AS.* land, læþ. Nám *occupatio, raptus, usurpatio,* ek nem *capio, occupo, violenter rapio, AS.* niman *capere.* at ná *assequi.*

Landráð *n. pl. consilia (nocua) circa patriam.* landráð við konúng *crimen perduellionis Mh.* 5. *Th.* land (*v. mox antea*) & ráð, *AS.* raþ, ræð *consilium. V. ind. Grg. h. v. Hinc*

Landráðamaðr *m. reus perduellionis.*

Landsdrottinn *m. dominus fundi, fundum elocans. Th.* land *et* drottinn *dominus; AS.* drihten *idem. V. ind. Grg.*

Landsmáli *m. idem quod* máli á landi. *V.* máli *postea.*

Landsnytjar *f. pl.*, landsnyt *in sing., proventus fundi, fructus fundi provenientes. Th.* land *et* nyt *v.* not *utilitas,* ek nýt, naut, at njóta, *AS.* notian, *frui. Cfr. gr. ὀνητός utilis.*

Landstjórnarmaðr *m. qui terras regit, optimas, etiam: rex. Th.* land, stjórn & maðr. *Cfr.* hirðstjóri *supra.*

Landskyldir *f. pl. locaria fundi. In sing.* landskyld *v.* landskuld. *Th.* land & skuld *debitum* (ek skal *mihi incumbit). V. Gloss. Nialæ sub* skal.

Landsvist *f. habitatio in terra, jus in regno commorandi. Th.* land & vist *habitatio,* ek er *v.* es, at vera *v.* vesa (*AS.* vesan) *esse; v. ind. Grg. sub.* umvess.

Lánfè *n. bona commodata. Th.* lán, *genit.* lánar (ek læ *vel* ljæ *commodo*). *AS.* lihan *commodare.*

Lángliga *adv. longe, diu; hodie:* lengi. lángr *longus, AS.* lang.

Laukagarðr *m. hortus allii.* Laukr *allium* (*AS.* leac *idem; cfr. gr.* ὅλκον *allium, vel* λάχανον *olus*), garðr *v.* garðbrjótr, *AS.* gerth *septum. Quoad* garðr *cfr. gr.* γῦρος *circulus,* γυρόω *incurvo, cingo. Sepimentum prædia cingit.*

Lausafè *n. bona v. soluta vel caduca, ruta cæsa, res mobiles. Opponitur* fasteign *vel simpliciter* eign *bona immobilia. Th.* laus *solutus* (*AS.* leas *idem*), ek leysi (*AS.* lysan *solvere*); *cfr. gr. λύω, ἔλυσα, λύσω solvo.* fè *vide* fègirnd *supra.*

Lausgyrðr *adj. qui indusium cingulo non contrahit. Th.* laus (*vide præc.*) *et* gyrðr *cinctus,* ek gyrði *cingo,* gjörð *cingulum. V. quæ sub* laukagarðr *sunt annotata. Cæterum cum Þb.* 5 *conferri meretur antiquus Romanorum mos, inquisitionem de furto licio indutos instituere, unde furtum lance & licio conceptum; v. Heineccii Syntagma Antiqq. Rom. Lib. IV. tit. I.* § 13 *seqq.*

Lausn *f. solutio, etiam: reluitio fundi.* At eiga lausn á *jure reluitionis gaudere* (*quoad fundos avitos vel hæreditarios*) *Mh.* 2. *V.* lausafè *supra.*

Legg ek *v. pono, constituo, applico, pungo, &c. Vide ind. Nialæ h. v.* at leggja með knífi *cultro aliquem petere, pungere Mh.* 31. ek ligg *jaceo. Cfr. λέγω cubare facio, cubo; AS.* licgan *jacere.*

Leiþ *f. itus, via, hic: conventus promulgatorius, habendus a toparchis, a comitiis generalibus redeuntibus, eum in finem, ut edicta regia, judicumque sententiæ in comitiis generalibus latæ, aliaque populo scitu necessaria, ibi publicentur. Ab* at leita *quærere, investigare, hæc vox minime deducenda, (comment. hist. crit. celeberr. Schlegeli, Gragasæ præmissa, pag. XCII not. **); nullibi enim in antiquitatibus nostris occurrit vestigium, indicans: inquisitiones, quæstiones vel actiones rei persecutorias in* leiþarþíng *susceptas fuisse, ubi primum prætores* (goðar) *et deinde toparchæ* (sýslumenn) *jurisdictionem tantum exercebant voluntariam. Majori probabilitate hæc vox referenda ad gr. λήϊτον curia, conventus publicus (α λαός populus), vel AS.* leet *curia vicana (Angl.* Leet *etiam denotat jurisdictionem hæreditariam), sed si hoc accipiatur, cur, quæso, comitia Gragasæ vernalia* vårþíng *non multo magis dicta sunt* leiþ *vel* leiðarþíng, *cum prætores ea ex jure hæreditario, et in loco publico etiam tenerent et instituerent? Sane ad hujus instituti primordia recedendum in investiganda veræ hujus vocis origine, quibus perpensis, mihi visum est vulgarem (ut vocant) sententiam sequi, et hanc vocem ad* leiþ *itus (*ek líþ *eo, mano) referre.*

Leiða ek *v. duco, traho.* At leiða í ætt *in familiam ducere, adoptare Et.* 16. *AS.* læðan *ducere;* leiþ *via,* ek líþ *mano, eo.*

Leiðr *adj. onerosus, incommodus, molestus, detestatus, tædiosus.* þau skulu svâ gegna leiðu sem ljúfu *et onera et commoda (hæreditati inhærentia) sustineant (liberi) Et.* 19. *Ab* ek líþ *fero, tolero, deducit Olav. Synt. de Bapt. Cfr. gr. λαιστον onerosum, molestum v. λιτός vilis, tenuis. AS.* laþ *invisus.*

Leigufall *n. defectus locariorum (quoad pecora elocata), manupretii imminutio (quoad operarios).* hvert leigufall hânum skal í vera *in quantum ejus manupretium imminuatur Kb.* 19. *Th.* leiga *locaria, solaria, quod ab* ek lóga, *abalieno, videtur derivandum, si non potius ab* ek læ *vel* ljæ *(vid* lánfe). *A Latinorum „loco" deducit Johnsonius.* fall *occasus, casus,* ek fell *cado,* ek felli *prosterno, AS.* feallian *sternere; cfr. gr. βάλλω jacio.*

Leigumaðr *m. operarius conductus Kb.* 19. *colonus conductitius Lbb.* 13. *Cfr. præc.*

Leikr *adj. laicus — vox origine latina, vel si magis græca, λαός populus. Dicitur &* leikmaðr. *Hierarchia durante hæc vox inventa videtur, nec ad lingvam nostram pertinere.* lærðir ok leikir *clerici (docti) et laici.*

Lendr *adj. prædiatus.* Lendr maðr *indigena, vir prædiatus, baro. Has significationes originarias esse opinor, unde quoad derivationem vocis cum P. Vidalino facio, qui hanc a* land *terra prædium, non a* lèn *feudum, deducit. Sæpissime occurrit vox* lenda *fundus, prædium:* hann átti þar lendur stórar, *ei multa ibi fuerunt prædia, unde facilis est formatio adjectivi* lendr. Lendir menn *primum tempore Magni Regis legum Reformatoris barones sunt nominati, teste Arn. Bisk. Saga cap.* 20. *Vox* lèn *nihilominus ad lingvam nostram pertinet (Dan. & Germ. Lehn) et deducenda ab* ek læ *v.* ljæ, *commodo, intermediante* ek lána *trado, suppedito. His non dictum volo τὸ* lendr maðr *de feudatariis dici non posse, feuda postquam in Norvegiam introducta fuerunt, sed inde non sequitur* lendr *a* lèn *esse deducendum, quasi sit* lènaðr, *quæ vox vix invenitur, sed ejus loco at* taka lönd i lèn *terras qua feudum accipere Hk. II,* 144, 154, 179. fekk konúngr honum veizlur stórar *Rex ei ampla concessit beneficia (feuda), et talia passim. Res ipsa docet feuda tantum commissa fuisse bene prædiatis, unde feudatarii* lendir menn *dicebantur non respectu feudi, sed fundorum qui ipsis proprii fuerunt.*

Lesin, *Et.* 21, *vox dubia. Videtur esse accusat. pl. neutr. gen. adjectivi* lesinn *lectus. Hoc ad-*

jectivum ad præcedens substant. klæði *refero, ita ut* lesin klæði *ex mea sententia sit: vestimenta acu babilonica texta.* Ek les *non tantum denotat lego, sed etiam: minutatim aliquid colligo (ut etiam fit inter legendum, cum literæ & syllabæ colliguntur), sic* at lesa ber *baccas legere, dicitur etiam* at tína ber *idem, et* at tína *simpliciter est legere. Hodie* les, *simpliciter, dicitur, quicquid acu babilonica textum est (Dan:* strikket Töi), *et* prjónles *quasi acu babilonica lectum, cum nempe inter texendnm spiræ fili quasi leguntur. Pausium eodem modo legg. Frost. H. H., unde hic Jarnsidæ locus desumtus est, intellexisse video. I pars 2. pag.* 128.

Leynandi *est quidem verbale agentis, sed partic. pass. v. adjectivi vices hic sustinet, pro* leyndr *occultus, occultatus. V.* löstr. ek leyni *celo,* laun *occultatio; cfr. gr.* λανθάνω, *et ind. Eddæ Sæm. II sub* laun.

Leysi ek *v. solvo, libero, missum facio, (etiam: reluo Mh.* 2). At leysa húð sína III mörkum *trium marcarum multam expendendo a virgarum castigatione sese liberare (corium suum redimere) þb.* 1. *AS.* lysan *solvere; vide* lausn *supra, et* lausafè.

Liðskostr *m. facultas auxilii, vires.* At hafa eigi liðskost til *non sat habere auxilii. Cfr. ind. Grg. h. v. et Gloss. synt. de bapt.*

Lín *n. linum. gr.* λίνον.

Ljóðbiskup *m. episcopus gregarius, obediens; sic dicti sunt episcopi notæ inferioris, ut ab archiepiscopis, legatis & emissariis Papæ distingvantur. Alias etiam* lýðbiskupar *vocati sunt. In utraque voce aspirata* h *omissa est et derivandæ ab* ek hlýði, *audio, obedio,* hljóð *silentium, attentio audientium, obedientia, alias* lióð *et* lýð, *et* ek lýði, *hinc* lýðr *populus principi obediens. AS.* leoð-biscop. *Cfr. gr.* κλύω, *audio, et* ἐπίσκοπος *episcopus. In epistola Pauli archiepiscopi Nidarosiensis* 1334 (*jus eccl. Arn. p.* 238), lýðbiskupar *dicuntur episcopi suffraganei.*

Ljósta ek *v. verbero, verbera impingo.* at ljóstast *verberibus certare Mh.* 20. *Legitur etiam* ek lýst, laust, at ljósta *idem. Adferunt Glossographi* ek lesti *labefacto, debilito, lædo, ut et gr.* πλέσσω *v.* πλέττω *percutio. Anne derivari potest a* hlust *v.* hlustir *aures (AS.* hlyst), *quasi* at ljósta *sit: colaphum alicui impingere, quod quamvis primaria verbi notio fuerit ad omnia verberum genera usu extendi potuit.*

Líti ek *v.* hlíti ek, hlítta, at hlíta *vel* líta *utor, contentus sum, acquiesco.* hlít *necessitas usus. V. Gloss. Synt. h. v.*

Ljúfr *adj. gratus, jucundus, amabilis, etiam hodie: affabilis. Vide* leiðr *antea. An ab* ek leyfi *vel* lofa *laudo? AS.* lufian *amare,* leof *carus; et nostrum* lofa *in genere denotat: volupe alicui facere.*

Lóð *f. fructus territorii, quicquid annue producit terra (ut volunt interpretes); sed etiam intelligi posse videtur de ipso fundo vel territorio, ut et origo vocis a* láð *terra, humus et usus hodiernus svadet; sic hodie dicimus:* húsit stóð á lóðinni *domus in territorio fuit constituta. Scio equidem Lexicographos & commentatores tantum de proventibus fundi annuis* τὸ lóð *intelligere, ut B. Halthori, G. Andreæ, P. Vidalinum & plures; sed Jarnsidæ Lbb.* 26 *non minus commode de usurpata territorii parte, quam de fructibus inde perceptis reddendis, sumi potest; et loca Jonsbokæ a P. Vidalino allata (Scr. societ. litt. Isl. IV p.* 265) *de ipso fundo loqui videntur; imo in Jonsb. Lbb.* 26 *tautologiam oriri puto, si de fructibus quibuscunque annue in fundo provenientibus intelligenda fuerint verba:* lóð, ok allt þat, er þar má til gagns af hafa, *quod tum ita vertendum fuerit: annui fructus territorii, et quicquid inde in utilitatem verti potest. Porro nullibi*

in interdicti formula l. c. præscripta ipse fundus usurpatori interdicitur, si lóð *territorii notionem non admiserit.*

Lunnindi *vide* **hlunnindi.**

Lýðbiskup *vide* **ljóðbiskup.**

Lýðr *m. populus principi subditus & obediens, ab* ek lýði *vel* hlýði *obedio. AS.* leode *populus, cfr. gr. κλύω audio. Sic etiam* þjóð *populus a* þjáðr *subactus,* ek þjái *subigo, ad quod ludere videtur poeta Eivindus, in Haconi boni epicedio, cum dicit:* mörg er þjóð of þjáð *multa gens nimis subigitur servitio.*

Lýrittareiðr *m. juramentum trevirale; þb.* **11.** at hafa fyri sek lýrittareið *juramento trevirali se purgare Mh.* **12.** at synja lýrittareiði *juramento trevirali denegare þb.* **6.** Lýrittareiðr skal standa um öll V marka mál *quoad quinque marcarum causas trevirale juramentum valeat (adhibeatur) þb.* **11.** *Tale juramentum duplex fuit, majus & minus, illud in causis quinque et quatuor marcarum, cum e quatuor in consacramentales electis duo cum reo juramento sunt functi. Hoc in causis adhibitum est minoris momenti (trium marcarum usque ad duas uncias), et in eo reus ipse, unus e duobus electis, et unicus testis adscitilius (vide* fángaváttr) *juraverunt. Etymon vocis* lýrittr *ex mea sententia attuli in indice Grg. h. v.; sed cur juramentum trevirale dicitur* lýrittareiðr *magis quam juramentum sevirale vel dodecadis? quia* læ *denotat tantum fraudulentiam et læsiones minoris notæ inter cives, sed in causis majoris momenti et quæ vere criminales fuerunt sevirale vel dodecadis juramentum requirebatur.*

Lýsting *f. verberatio. Vide* lýst *vel* ljósta ek *supra.*

Læknisfé *n. bona medici, pretium curationis, præmium medico debitum.* Þá skal hann uppi láta vera læknisfé *præmium solvat medico debitum Mh.* **8.** *Th.* læknir, *medicus, et* fé. **Læknir** *alii ducunt a* líkn, *clementia, et* ek lægi, *sedo, alii a* lík *corpus. Adferri meretur gr. λάχανον olus; olera enim medici verosimillime maxime applicaverunt vulneribus sanandis. AS.* læce *medicus.*

Lærðr *adj. doctus.* lærðir menn, *clerici, opponitur* leikir menn *laici; vide* leikr. ek læri *et doceo & disco, AS.* læran *docere.*

Lögfullu at *adverbialiter: ex legum rigore, omnino juste. Th.* lög *leges (*ek legg *constituo),* fullr *plenus, integer, cfr. gr. βυλλος plenus, AS.* full *idem.*

Lögmáli *m. pactum protimiseos legale. V. ind. Grg. h. v.*

Lögráðandi *verbale agentis: tutor legitimus. V. ind. Grg. h. v.* ek ræð *rego, AS.* rædan *id.*

Lögrètta *f. dicasterium &*

Lögrèttumaðr *m. adsessor dicasterii, v. in ind. Grg. h. v. Cfr.* nefndarmaðr *postea.*

Lögsaminn *adj. juste compositus, legali modo confectus (de sententiis judicum)* þfb. **6.** *Th.* lög, *leges, et* saminn *compositus,* ek sem *compono, ordino,* sam *vel* saman *simul, gr. ἅμα, AS.* sam, samen, *idem. Huc etiam referenda sunt* sæmð, sómi, *honos, quasi* sami, *quod et invenitur, et* samir *vel* sómir *decet; cfr. tamen gr. σεμνός honestus, σεμνόω exorno.*

Lögveð *n. pignus legale. V. ind. Grg.*

Löstr *m. defectus, labes, vitium, crimen.* Leynandi löstr *vitium occultum, quod oculis emtoris se ultro non offert. V. ind. Grg. sub* lagalöstr.

M.

Málaferli *n. lites, controversiæ forenses. Th.* mál, *quod permultas habet significationes, est enim: pars, mensura, terminus (AS.* mel, *gr. μέλος pars), etiam: loquela, sermo, colloquium, versus,*

quod convenit priori significationi, quatenus verba in sermone quasi dimensa sunt (cfr. AS. mal, mæl, *vox gr.* μέλος *carmen); hinc: res, negotium, causa, lis & controversia forensis;* ferli *vel ab* ek fer *eo, vel potius ab* ek færi *fero.*

Málavöxtr *m., in pl.* málavextir, *status causæ, status controversiæ, circumstantiæ caussarum:* at skipa eptir málavöxtum *causam ex circumstantiis moderare, dijudicare* Mh. 13. *Th.* mál *(vide præc.) et* vöxtr *statura, etiam: incrementum,* ek vex, *cresco,* óx, at vaxa, *cfr. gr.* ἀέξω *v.* αὔξω *augeo.*

Máli *m. generatim: quicquid constituitur, stipulatio, pactum, sponsio; speciatim: pactum protimiseos, contractus operarum; bona contractu nuptiali constituta.* Máli á landi *pactum protimiseos fundo inhærens* Lbb. 5. en ef bóndi vill eigi halda mála *si colonus contractui operarum (cum operario inito) stare noluerit* Kb. 19; *hinc ibidem* málamaðr *operarium denotat.* máli konu *bona uxori constituta (per pactum nuptiale)* Et. 19. *Hic locus, ut & Jonsb.* Et. 19, *probat, non tantum dotem uxoris* (heimanmundr, heimanferð, heimanfylgja), *sed et antipherna* (gagngjald, viðgjöld, tilgjöf) *et donum matutinum (*morgungjöf) *sub uxoris* máli *subsumi, quod igitur annoto, quod Gloss. Nialæ* máli *dicit esse dotem. V. ind. Grg sub* máli. *Quoad etymon cfr. præc.*

Mannan *f., hodie* mönnun, *humanitas, liberalitas, dignitas humana bonis artibus adaucta.* ek mannast *ad humanitatem informor,* mannaðr *v. Gloss. N.* maðr *vir, homo; v. ind. Grg. sub* man. *AS.* man, mon, *homo.*

Mannbætr *f. pl.* (mannbót *in sing.*) *repensatio hominis cæsi ejus familiæ debita. Vide* frændbætr.

Manndráp *n. homicidium. A* maðr *et* drep *ictus,* dráp *cædes,* ek drep *ferio; gr.* δρέπω *meto.*

Mannhelgi *f. sanctitas personalis; sic dicitur sectio legis, quæ jus personale, inprimis quoad læsiones personales, continet. Th.* maðr *et* helgi, *v.* heilagr.

Mannmergð *f. numerus hominum.* at skipta at mannmergð, *hæreditatem in capita distribuere;* Et. 11 *opponitur:* þeir eigu allir einn arf at taka *omnes eandem capiant hæreditatem ɔ: hæreditas in stirpes dividatur. Th.* maðr *et* mergð *multitudo, AS.* merth *magnitudo;* margr *multus, AS.* mær, manig, *idem; a* mærr, *clarus, insignis, deducit Olavius, sed mihi a* meirr *sæpius, magis; nostrum* mikill, *gr.* μέγας, *magnum denotat, non tantum quantitate sed et numero, ita etiam nostrum* meiri *gr.* μείζων *eandem admittit notionem, unde* margr *et* mergð.

Mannsbani *m. homicida. Th.* maðr, *homo, et* bani, *AS.* bana, *mortem adferens,* ben *vulnus lethale, gr.* φόνος *cædes,* φένομαι *occido. Distingvendum inter* bani *activa significatione, ut in* mannsbani, *et* bani *intransitive, mors, ut in ind. Grg., quamvis utraque vox ejusdem sit originis.*

Mark *n. signum, terminus,* mörk *in pl. termini inter prædia, lapides terminales, qui etiam dicuntur* marksteinar. at upptaka mörk *terminos movere,* at setja niðr mörk *lapides terminales (terminos) figere* Lbb. 26. *AS.* mearc *signum, terminus,* mærc *vexillum; cfr. gr.* τέκμαρ *signum, literis paulisper transpositis.*

Marksteinn *m. lapis terminalis. Cfr. antec.* steinn *lapis, gr.* σθένος *robur, cfr. etiam* στεία *v.* στῖον *lapillus, AS.* stan *lapis.*

Matlauni *m. cibum operis merens. V. ind. Grg. h. v.*

Meinleiki *m. obstaculum, impedimenta, in specie: matrimonii ineundi (ex jure canonico).* ef meinleiki sundrar samvist hjóna *si conjugum cohabitationem impedimenta (legalia) dissolverint* Kg. 5. meinligr *hodie: noxiosus, malignus;* mein *malum, damnum, pestis, pernicies, morbus, AS.* mæn *noxa, damnum. Anne referendum ad* ek meiði

lædo? vel ad gr. μῆνις ira permanens? leiki *nuda est terminatio substantivalis, ad terminationem adject.* ligr *respondens. A* mein *deducendum* ek meinga *proprie: noxiosum quid misceo,* meingr *noxiosus, noxius, perversæ &c. malignæ indolis,* at meinga einhvern af þjófnaði *furti aliquem insimulare.*

Menníng *f. virilitas, fortitudo, strenuitas, vel idem quod* mannan, *qu. v., et ejusdem originis.*

Merkigarðr *m. sepimentum terminale. V.* mark *et* garðbrjótr *supra.*

Metinn *adj. æstimatus.* ek met *æstimo;* mat *æstimatio, taxatio. AS.* mete *mensura. Cfr. ind. Grg. sub* mat *et gr.* μητιάω *delibero,* μῆτις & μῆδος *consilium, qua significatione etiam utimur nostro* at meta.

Missa *f. perditio, amissio, clades, damnum.* manna missur *clades hominum* Kdb. 3 ek missi *amitto, AS.* missian *idem. Cfr. Gloss. Edd. Sæm.*

Misþyrmi ek *v. haud parco, male habeo, crucio, plagis afficio, læsiones personales infero. Th.* mis, *præpos. inseparab., defectum denotans, et respondens lat.* dis *et gr.* δῦς *v.* μή; ek þyrmi *parco, propitius sum, et primitive, ut opinor, necessitates alterius sublevo. Hanc vocem et B. Halthori & G. Andreæ male scribunt* þirmi, *cum a* þörf *utilitas, necessitas sit derivanda* (f *in* m *mutato, ut in* hifin *hodie* himin &c.), *AS.* thearf *opus, necessitas.* ek þarf, þurfta, at þurfa, *(in subjunct.* þyrfta), *indigeo, AS.* thearfan *opus habere. Huc faciunt voces* þirmir *et* þirmíngr *rectius* þyrmir *et* þyrmíngr, *quas B. Halthori Lex. isl. adfert, et denotare dicit: misellum, mendicum.*

Misþyrmsl *n. pl. læsio, cruciatus, plagæ. Vide mox annotata.*

Morð *n. occultatio, cædes clandestina vel furtiva; cfr. ind. Vigagl.-S. et Grg. h. v. AS.* morth *cædes; in Latinitate ævi medii* murdrum *vel* murdritus *pessimum mortis genus denotavit. Nostrum* at myrða *non tantum cædem furtivam, sed etiam, idque, ut opinor, primitive, occultare, celare; sic* at myrða með sèr *rem secum occultam tenere,* í morði *occulte;* morðvíg *cædes occulta (in* Knytlínga-S.). *A mors plerique deducunt, sed ad perantiquum* morn, *putredo, videtur referendum τὸ* morð, n *in* ð *ut sæpe mutato, cum enim occulte trucidati cadaver etiam celatur, et putridum tandem invenitur, facile a* morn *evenire potuit notio occultationis &c. cædis furtivæ; cfr. Gloss. Edd. Sæm. sub* morn.

Mund *in sing. n. (in pl. f. ad heterogenea igitur referendum) denotat certum temporis momentum, metam vel scopum:* í þat mund *eo momento. Th. non liquet; sed adferri potest gr.* μονάς, μονάδος, *unitas.*

Mundángshóf *n. examen seu lingula in bilancis trutina.* mjótt er mundángshófit, *tenue bilancis examen, proverb., o: mediocritatem servare difficile factu. Examen quo magis tenue, eo citius in alterutrum latus, extra trutinam bilancis, se vergit, sed ad trutinam lingula bilancis inter ponderandum temperatur. Hanc vocem interpretandi diversam lexicographi ingressi sunt viam, cum tamen omnes τὸ* mundángr, *vel ut alii volunt* mundáng, *per examen in bilance exponunt, quod vel a* mund, *manus, et* ek hángi, *pendeo, derivant, vel a* mund, *manus, cum* ángr *dicunt esse nudam substantivi productionem; vel tandem a* munar þángat *eo se vergit. Cfr. scr. Societ. Litt. Isl. IV p.* 270, *ind. Gunnl. Ormst. sag. sub* mundángr, *Lexic. Isl. B. Halthori & G. Andreæ. Mihi vero* mundángr (*a* mund *manus et* ek hángi *pendeo*) *tantum aginam vel trutinam bilancis denotat, quæ manu tenetur, vel de manu inter ponderandum pendet. Sic in clipeo ansa dicitur* mundriði, *per quam clipeus in manu quasi equitat vel sursum fertur; sed* hóf, *in compositione cum* mundángr, *est ipsum bilancis examen, cujus ope juste ponderatur, et æquitas et*

temperantia invenitur, et derivandum est ab ek hæfi *collineo — lingula enim ad trutinam collineatur. Metaphorice* hóf *denotat temperantiam, et temperantiam servans dicitur* hófsmaðr *vel* mundángsmaðr *verbotenus et vi vocis: vir examinis, vel vir trutinæ, qui nempe omnia bene attendit, deliberat et ponderat. Tales metaphoræ a medio ad finem, a causa ad causatum, haud raro occurrunt.*

Munnlaug *v.* munlaug, *melius* mundlaug, *f. malluvium. Th.* mund, *manus, et* ek lauga *lavo. Sic etiam malluvium a manus & lavo, et gr.* χειρόνιπτρον *a* χείρ *&* νίπτω. Laug *lavacrum, AS.* læg, *a* lá *aqua, cfr. gr.* λούω.

Myndr *adj. traditus. Th.* mund, *manus, AS.* mund *idem.* Myndir í hendr *a manu in manum traditæ. Cfr.* munda ek *in ind. Grg. et Gloss. N.*

Myrði ek *v. occulto, celo, furtivam cædem committo. Vide* morð *supra.*

Mæltr *adj. constitutus. V. ind. Grg. sub* mæli ek.

N.

Námágr *m. affinis proximus. V. ind. Grg. h. v. AS.* maga *quemcunque cognatum denotat.*

Nauðsynjar *f. pl.* (nauðsyn *in sing.*) *necessitas, impedimenta legalia.* at virða nauðsynjar *æstimare impedimenta* (*an legalia sint*) Þfb. 2. *Olav. synt. de bapt. hanc vocem deducit a* nauð, *AS.* nyð, *necessitas, et* syn *expiatio, excusatio, vide* synja; *mihi non minus apte deducendum videtur a* nauð *et* sýn *vel* sjón *visio* (ek sè *video*), sýnn, sýn, sýnt *visibilis, præ oculis versans, quasi* nauðsyn *sit calamitas visibilis, necessitas præ oculis versans.*

Návistarmaðr *m. vir præsentiarum, præsens. Th.* ná *prope, AS.* neh, vist *mansio. Vide* landsvist *et* maðr.

Nefgildi *n. et* nefgildismaðr *m. vide in ind. Grg. h. v. et sub* nefi.

Nefndarmaðr *m. vir denominatus. Sic dicebantur viri a toparchis e quavis jurisdictione selecti et in id denominati, ut in comitiis generalibus appareant, et ibi judicum suffraganeorum munere, ex nomophylacis & toparcharum voluntate, fungantur. In quavis toparchia ii fuerunt denominandi, qui alios dignitate, æquitate & scientia præcelluere, hinc etiam hodie* nefndarmaðr *denotat hominem notæ melioris.* Nefndarmaðr *et* lögrèttumaðr *non omnino coincidunt, sed hi ex illis iterum sunt lecti, ut juramento functi in dicasterio sedeant; cfr.* Þfb. 2 & 3, *unde appareat* nefndarmenn *fuisse* 152 *ex tota Islandia (cum clericis), sed* lögrèttumenn 36. *Th.* nefnd *denominatio* (*active*), nafn *v.* namn *nomen, AS.* nama, *gr.* ὄνομα *nomen.*

Nefndarvitni *n. testis denominatus* Mh. 14. *Hoc loco* nefndarvitni *ejusdem significationis esse videtur ac* fángavâttar *testes hic vel illic quæsiti, sed non ex certis regulis ex propinquitate cum reo; cfr.* Þb. 9, 10, 11. *Th.* nefnd (*v. præc.*) *et* vitni, *AS.* vita *v.* gevita *sciens, testis;* ek veit *scio, AS.* vitan *scire; cfr. gr.* εἴδω *video, scio.*

Nefndarvætti *n. idem et ejusdem th.*

Neixli *vide* hneixli.

Níðingsverk *n. factum sceleste, scelus nefandum, crimen capitale. Hæc enumerantur* Mh. 5. *Th.* níðingr, *AS.* nithing, *nequam, improbus, violator;* níð, *AS.* nith, *probrum, contumelia;* ek níði *destruo, pessumdo, contumelia afficio;* niðr *deorsim; cfr. gr.* ὄνειδος *probrum.*

Níðingsvíg *n. cædes nefanda, idem quod* skemdarvíg, *qu. v.*

Nikki ek, *pro* hnikki ek, *v. Gloss. Nialæ et ind. Grg. sub* hnicki ec *et* hnecki ec.

Nisti *n. fibula monilis in pectus dependens. Cfr. ind. Vgl.-S. sub* nistíng.

Nótt *f. nox.* nóttin helga *nox sancta* Kb. 7. *Sic per eminentiam dicta est nox natalitia Christi, vel festum jolense præcedens, alias* jólanótt, Lbb. 1. Nóttin helga *adhæc in jure nostro magni momenti est (cfr.* Jónsb. Llb. 2*) et vulgo quisque dicitur tot annorum natus, quot sanctas supervixerat noctes, quamvis paucis antea diebus natus fuerit. AS.* næht, niht, *gr. νύξ, νυκτός, nox.*

Nýverk *n. pl. facta nova, causæ nuper enatæ. Th.* nýr *novus (gr. νέος idem), et* verk *opus, AS.* veorc, *gr. ἔργον.*

O.

Óaukinn *adj. non auctus, simplex.* at taka rètt sinn óaukinn *juris sui personalis violati satisfactionem simplicem capere* Mh. 16. *Th.* ó *vel* ú *negativ. (gr. ἀ negat. vel οὐ) et* aukinn *auctus;* ek eyk, jók, at auka, *AS.* eacan, *augere, cfr. gr. αὔξω, augeo.*

Óboðinn *adj. non invitatus. Neutr.* óboðit, *absolute positum, adverbii loco est* Mh. 33*:* at gánga í samkundur manna óboðit *in convivia devenire non invitatus (de parasitis). Th.* ó *vel* ú *negat.,* ek býð *obfero, invito, etiam: mando.*

Óborinn *adj. non natus, nasciturus. Cfr.* alinn *supra. Th.* ó *vel* ú *negat. et* ek ber *pario.*

Óbótamál *n. causa multis non expianda, crimen capitale,* Þb. 9. *Th.* ó *vel* ú *negat. et* bót. *Vide supra* bótamaðr & málaferli. *Hinc:*

Óbótamenn *m. pl.* óbótamaðr *in singulari: homo multa pecuniaria non expiandus, sed capite plectendus, ubicunque invenitur,* Mh. 7, 9.

Óbótasök *f. idem quod* óbótamál.

Óðal *n. non tantum fundum avitum seu, ut dicunt, odelicum denotat, sed etiam et sæpissime jus hunc fundum, si abalienatus fuerit, in familiam retrahendi, quod et „juris odelici" nomine venit. Hinc* óðalsjörð *prædium vel fundus quem jure avito vel odelico quis tenet* Et. 2*;* óðalsvitni *testes de jure odelico* Lbb. 1; óðalborinn *avito jure gaudens* Rdb. 4 &c. *Vox* óðal *in Gragasa haud invenitur, unde hic primum in legibus Islandiæ præscriptis invenitur. De vocis origine dubia conferri merentur quæ P. Vidalinus in τὸ* óðal *est commentatus (Scr. Societ. Litt. Isl. IV. pag.* 279*), quamvis ejus deductio ab* allr auðr, *omnino vacuus, nimis quæsita mihi videatur. Unde potius cum iis facio, qui* óðal *idem esse dicunt ac* aðal, *quod primarium est, cuique proprium et quasi innatum; cfr. Gragasæ* aðalból. óðr *est ingenium vel indoles,* auðr *bona alicui propria,* óðal *et* öðli *et* eðli *et* auðli *est indoles cuique propria,* at öðlast *in proprietatem rei venire. Sic Anglos.* ethle, æthel, ædel, oethl, oethle, *solum paternum vel natale,* eað *opes, divitiæ,* eaðig *dives, gr. ἓα vel ἃ peculium, quod ultimum ad nostrum* ek á, *possideo, prope accedere videtur. Cfr. Gloss. Eddæ Sæm. et Synt. de bapt. sub voc. allegatis.*

Of *particula, de qua v. ind. Grg.* of sinn *unica vice, semel,* Þfb. 1.

Ófalsaðr *adj. non falsatus, non vitiatus.* Þá skal haldast kaup hennar ófalsat, *emtio venditio ab uxore facta, nec vitio laborans, tum rata valeat,* Kb. 18. *Th.* ó *vel* ú *negat.,* et fals, *qu. v.*

Ófdyri *n.* Lbb. 12 *mendosum esse videtur et legendum, ut var. habet,* af dyri (*vide* dyri)*; sed si hæc lectio fuerit genuina,* ofdyri *esset trabs per transversum supra fores posita, seu supraliminare, hodie dictum* dyratrè. *Th.* of *(pro* um*) trans, per, et* dyri, *qu. v.*

Ofdæmt *perf. v.* ek ofdæmi *nimis (severe) judico* Mh. 35. *Th.* of *adv. nimis (est et* of, afar, *subst , nimietas) et* ek dæmi *judico* (dæmi *et* dómr *judicium), cfr. gr.* τέμνω *seco.*

Ofkapp *n. nimia contentio, nisus contentiosus. Th.* of, *nimis, et* kapp *contentio, certamen; cfr. gr.* κόπος *labor. et* κάμνω *laboro, contendo, AS.* camp *certamen*

Ofkeypt *perf. v.* ofkaupi ek *injusto pretio emo. Th.* of *et* kaup, *vide supra.*

Ofrefst *perf. v.* ofrefsi ek *nimis severe castigo, Th.* of *et* refsi ek *castigo; cfr. gr.* ῥαπίζω *virga cædo,* ῥαπίς *virga.*

Ofríki *n. nimia potentia, violentia.* at bera einn ofríki *vim publicam alicui inferre Kb.* 1. *V. ind. Grg.*

Ógildr *adj. non compensandus.* úgildr bæði konúngi ok þegnum *nec Regi nec subditis compensandus* Mh. 6. — *non perfectus, non legali modo factus,* Lbb. 22. *Prima significatio ab* ó *v.* ú *negat. et* ek geld, galt, *rependo (AS.* geltan, gyltan *reddere), unde etiam secunda significatio mediante* ek gildi *valeo.*

Ógipta *f. infortunium.* ok nýtr hinn vándi maðr svá illsku sinnar ok úgiptu *sic malus illi nequitiæ suæ & infortunii capit fructus* Mh. 6. *Th.* ó *vel* ú *negat. et* gipta *fortuna* (ek gef *dono*). *Veteres* p *non* f *ante* t *sæpissime utebantur, ut in* skript *a* skrifa, veptr *a* vefa &c.

Óheimila ek *v. titulo cadere.* ó *vel* ú *et* heimill, *vide ind. Grg.* heima; *cfr.* heimafriðr *supra.*

Óhlutr *v.* ólutr *m. injuria, læsio.* at fá ólut *injuria affici* Þfb. 4 *Th.* ó *negat. et* hlutr *v.* lutr *res, sors, negotium* &c. *Cfr. ind. Vgl.-S. sub* hlutr.

Óhlutvendni *f. incuria circa partes, quas quis sequitur, vel amplectendas eligit, improbitas, petulantia. Th.* ó *vel* ú *negat.,* hlutr *sors, partes, et* vendni *circumspectio in eligendo, sic* ráðvendni *probitas, proprie: circumspectio in eligenda vitæ ratione.* Óhlutvandr *vel* óráðvandr *et* ráðvandr *sunt adjectiva oppositæ significationis;* mannvandr *dicitur de puellis, in eligendo marito nimis delicatis;* vandr *objective est malus in genere (quod hodie* vondr*), difficilis, dubius, accurata disquisitione dignus, sed etiam subjective: anxius, sollicitus, ut in* vandr at virðingu sinni *suo de honore sollicitus;* vendni *itidem subjectivam habet significationem (v. supra),* vandi *vero, difficultas, objectivam. Hoc distingvendum a* vandi *mos, consvetudo, quod ab* ek ven *assvefacio, unde* vandabundinn *qui alicui consvetudinis vinculo adstrictus est.*

Óhæfa *f. nefas.* óhæfuverk *scelus, flagitium, malefactum. Th.* ó *vel* ú *negat.,* hæfa *vel* hæfi *fas, jus, æquum (unde* þat hæfir *decet), cognatum si non derivandum ab* hóf (*vide* mundángshóf), ek hæfi *collineo, scopum attingo,* ek hef *habeo, AS.* habban *habere.*

Óhættr *adj. non periculosus, certus, solidus.* óhættr skuldunautr *debitor idoneus, nomen idoneum,* Lbb. 4. *Th.* ó *vel* ú *negat. et* hætta *discrimen, periculum,* hátt *sublime, quasi* hættr *sit in præcipiti constitutus.*

Óknittir *m pl. v.* úknitti *n. pl. v.* úknitta *f. delicta, scelera.* er at slíkum úknittum verða kunnir *qui tantæ scelestitatis sunt convicti* Mh. 7. *A* knöttr, *pila, derivatum vult Vidalinus, sed hoc si verum fuerit, scribendum esset* óknyttum, *a* knútr *nodus; itidem, si ab* ó *et* nýtr, *utilis, originem ducat; nec facile occurrit exemplum, veteres, pilam ludentes, falsam &. nocuam clam supposuisse, ut perversæ tali consvetudini vox hæc originem suam debeat. Potius violenter egerunt, quam fraudalenter. Hinc relatam volo hanc vocem ad obsoletum* ek kná, ek knátta, *scio, possum, valeo,* knár *validus, fortis, strenuus; cum enim strenuitas et fortitudo magna haberetur virtus,* úknátta, úknætta, úkneitta, úknitta *scelestitatem denotare potuit. (Sic Lat. virtus et gr.* ἀρετή *et virtutes denotat et fortitudinem belli-*

cam). knettinn, *fortis, occurrit in cantilena Rafni poetæ Gunnl. Ormst. S. p.* 136, *quod huc facere videtur, et hodie habemus* hnittinn & hnittiligr (k *et* h *ante* n *alternant*), *acutus, argutus, ingeniosus, maxime in responsis. Tandem notandum, Legg. isl., Jonsbok dictæ, codicem pergamenum Arnemagnæanum Nr.* 350, *in* Mh. 2 *ibi legere* úkynnum *ubi impressa habet* óknyttum. *Quoad vocem* úkynnum *cfr. Gl. Eddæ Sæm. sub* ókynjan; *ibi etiam vide* at knega, at kunna.

Ókvæðisorð *n. dicteria non proferenda, verba nefanda, dicta contumeliosa. Th.* ó *vel* ú *negat. et* kveð ek (*AS.* cvethan *dicere*), orð *res, verbum; v. Gl. Synt. de bapt.*

Óleyfi *v.* úleyfi *n. defectus veniæ. V.* ólof *in ind. Grg.* at leyfa *concedere, AS.* lyfan.

Ólög *n. pl. quod legibus adversatur. V. ind. Grg. h. v.*

Óneyttr *vel* úneyttr *adj. non perceptus, nondum consumtus.* ok matarverð þat er úneytt er *pretiumque cibi nondum consumti* Kb. 19. *Th.* ó *vel* ú *negat. et* ek neyti *vescor, fruor; AS.* notian (ek nýt — ek næ).

Ósènn *adj. non visus; v. Gloss. Njalæ h. v.* Nú kaupir maðr grip ósènan *si quis rem absentem* (*non visam*) *emerit* Kb. 14.

Ósiðr *vel* úsiðr *m. consvetudo perversa, mos exitialis. Th.* ó *vel* ú *negat. et* siðr *mos, AS.* sith *via, iter, gr.* ἔθος *mos.*

Ósynju *vel* úsynju *adv. temere, petulanter,* Mh. 23. *Dicitur hodie* ófyrirsynju, *quod omnino respondet Lat. improviso, si ab* ó *vel* ú *negat. et* sýn *vel* sjón *visus, attentio, derivanda sit vox* ósynju, *quæ etiam esse potest genitiv. absolutus adv. loco positus vocis* ósynja *ejusd. th.; cfr. tamen* synja *postea.*

Óvirðr *vel* úvirðr *adj. nondum æstimatus.* Engi maðr skal í úvirðan ómaga eyri setjast *nequis bona pupillaria nondum æstimata suscipiat* Et. 24. *Th.* ó *vel* ú *negat. et* ek virði *æstimo,* verð *pretium* (*AS.* vert, vurt, *idem*).

Óvísa *vel* úvísa *adv. vel nomen adjectitium indeclinabile. Cfr. ind. Grg. h. v.* óvísa vargr *advena ignotus, vel quem exulem esse incertum est,* Mh. 13.

Óvæni *n. injuria personalis, verbera irato animo inflicta, ictus nocuus.* sá er fyri óvæni varð *qui verberibus male affectus est* Mh. 16. *Hæc vox conferenda cum iis quæ ad* úvænishögg *in indice Grg. annotavi, quibus invicem collatis apparebit, me sensum vocis* úvænishögg *aliquatenus assecutum esse.* Ofvæni *in oda Vegtami Edd. Sæm. XII,* 6 *eadem vox esse videtur.*

Óþokki *m. alienatio animi, offensa, aversatio, simultas. Th.* ó *neg. et* þokki *animus alicui appensus,* þekkr *gratus, acceptus,* ek þigg *accipio, cfr. gr.* δεκτός *et* δέχομαι.

P.

Páskavika *f. septimana paschatos, in qua festum paschatos per quatuor dies celebrandum incidit; cfr. jus eccl. Arn. cap.* 24. *Th.* páskir *f. pl.* (πάσχα) *et* vika *hebdomas, AS.* uca *et* veoc; *cfr. ind. Grg. h. v.*

Penníngr *m. nummulus. Horum ex legg. Frost. H. H. triginta unicam efficiebant unciam argenti (Paus. I. pag.* 159), *itidem ex jure Biarkoensi (Paus. I pag.* 266). *Nummuli Islandorum decem tantum unciam efficiebant; cfr. ind. Grg. h. v., Jus eccl. Arn. cap.* 31, *Snorron. II pag.* 231, *sed hoc, cum nummuli cum merce fuerunt æquiparati; tempore christianismi hi introducti sexaginta nummuli in uncia argent*

ponderati vel numerati; v. Grg. I pag. 500. *Quoad etymon vocis cfr. gloss. Edd. Sæm.*

Próventugjöf *f.* (*in recensu titulorum*) *contractus alimoniæ (vox novella). Th. Lat. proventus et* gjöf *donum,* ek gef *dono.*

R.

Ráðspell *n. nuptialis conditionis detrimentum, etiam: satisfactio fœminæ stupratæ debita ob spem felicis matrimonii frustratam. Th.* ráð *consilium, consensus, matrimonium, conditio nuptialis (AS.* rað, ræð, *consilium), et* spell *vitium, labes, macula;* ek spilli, *AS.* spildan, *corrumpere, perdere.*

Ránbaugr *m. rapinæ annulus, multa rapinæ. Th.* rán *rapina,* ek ræni *rapio, AS.* reafian, *unde nostrum* reifari *prædo —* baugr *v. in ind. Grg. Quantitas hujus multæ, quæ dicebatur* ránbaugr, *in* Lbb. 15 *non definitur, sed e* Kb. 1 *sex uncias effecisse videtur.*

Rannsókn *f. inquisitio (de re furtiva) per domos facta. Vide* rannsaka ek *et* rannsókn *in ind. Grg.*

Reisar *vide* hreisar.

Rekahvalr *m. balæna, quæ mortua e mari ejicitur.* Reki *dicitur quicquid e mari ejicitur, balænæ, pisces, fucus marinus, alga et materies;* ek rek, rak (*aliud* ek rek, rakta), *trudo, insequor, persequor, AS.* vræcan *persequi. Dan.* Vrag *inde formatum est.* at reka *etiam ulcisci denotat, addito substantivo* harma *vel* rèttar. Hvalr *AS.* hvæl, *gr.* βάλαινα, *vel* φάλαινα, *balæna.*

Rekastrandir *f. pl., in nom. sing.* rekaströnd, *proprie: litora ejectamentorum.* reki (*cfr. præc.*) *et* strönd *litus, ora maris, AS.* strand *idem. Legitur et* straund *et* strynd; *hoc vero interdum poetice et synecdochice terram denotat. Alii* strönd *a* sær *et* rönd *deducunt, quasi sit ora maris, alii a* stormr, *ventus impetuosus, alii referunt ad gr.* στρίζω, *strideo, propter æstum maris ad litora semper stridentem, quidam a* straumr, *fluxus, deducunt; prima conjectura mihi maxime arridet, si non potius accipiatur, contractam esse hanc vocem a* storð *terra et* rönd *ora, limbus.*

Rekendi *n. s. vel pl. vel* rekendr *m. pl. catena, articuli catenæ.* Nema rekendi sè gör á meðal *nisi per catenam articulatam coaptatæ fuerint* Et. 21. Járnrekendr (*catenæ ferreæ*) *nominantur et Hk. III p.* 304 *et in Spec. Regali, et semper in plurali, unde articulum quemcumque catenæ* rekandi *in sing. dictum fuisse opinor. Quoad originem vocis in promptu non est dicere, num ab* ek rek, rakta, hefi rakit, at rekja, *extendo, explico, sit derivanda, quod et mihi maxime placet, cum tamen rectius fuerit* rekjendr, *extendentes, quod haud improprie dici potest de articulis catenæ, qui hanc quasi extendunt, vel per quos ipsa evolvitur — an* rekendr *referendum sit ad* ek rek, rak, at reka, *pulso, pello, tundo, etiam: pulsando extenuo, extendo; sic hodie:* at reka járn *ferrum pulsando extendere. Utraque vox in hac phrasi quasi conveniunt, et verosimillime ejusdem sunt originis. Cfr. Gloss. Nialæ & Syntagm. de bapt. et gr.* ὀρέγω *extendo.*

Rennistaurr *m. Sic dicebatur cuneus ligneus, quo claudebatur ligaminis, boum paleari in stabulo infixi, altera finis. Vide* hess. *Th.* renni *in compositione: quicquid transfigendo immittitur;* ek renn *fluo, vacillo, fallor vestigio, etiam: curro (intr.).* Ek renni *etiam transit. fluere facio, currere facio, propello. Cfr. gr.* ῥέω *fluo;* staurr *proprie: sudes, trabs, gr.* σταυρός.

Rèttarbætr *f. pl., in sing.* rèttarbót *emendatio legis, edicta & rescripta. Etymon vocis* rèttr *jus, justitia, et adjective: rectus, justus, legalis, ex mea sententia vide in ind. Grg.; quoad* bót, bætr *cfr.* bótamaðr *supra*

Rèttari *m. executor justitiæ, justus judex, qui suum cuique tribuat; sic toparchæ dicebantur, quatenus regio fungebantur imperio ad justitiam exercendam et promovendam. In Danorum legibus antiquis eadem vox et eodem sensu occurrit, cfr. Koef. Ancheri hist. legg. Dan. II pag.* 414, 561. *In Arn. episc. hist. p.* 103 *rex ipse, imo Deus hoc nomine venit; cfr. Scripta Soc. litt. Isl. V pag.* 259. *Etymon vocis vide in ind. Grg. sub* rèttr; *cæterum convenit Germ.* Richter *judex, et* richten *jus reddere, etiam: supplicio capitali afficere, quam significationem etiam habet nostrum* at rètta, *Dan.* henrette.

Rèttnæmr *adj. juris sui personalis violati satisfactionem qui capere potest, talis satisfactionis capax. Non omnino, ut vult Vidalinus Scr. Soc. litt. Isl. V pag.* 262, 263, *conveniunt phrases:* at eiga engan rètt á sèr *et* at falla óhelgr; *mendici ex Jonsb.* Mh. 30 *juris sui personalis violati satisfactionem* (rètt) *haud caperent, sed eos vitali securitate destitutos fuisse nequis credat. Th.* rèttr (*vide præc.*) *et* næmr *capax,* ek nem *capio, AS.* niman *capere,* ek næ *assequor.*

Rèttr *m. vide* Lagarèttr *supra.*

Rindi ek *v. protrudo; vide* hrindi ek *in ind. Grg.*

Ríngi ek *v. campanam pulso; v.* hríngi ek *in ind. Grg.*

Ripti ek *v. irritum reddo, disrumpo; vide ind. Grg. h. v.*

Rógsmaðr *vel* rógmaðr *m. delator, calumniator. Th.* róg *n. calumnia, delatio, diffamatio, et* maðr, *cfr. Gloss. Nialæ sub* róg. með slíku rógi *Hk. II. pag.* 246. *AS.* vroht *dissidium, accusatio, quam significationem nostrum* róg *etiam admittit, ut in oda Helgii Hundingi occisoris II:* at þú at rógi, rík mær! vart *quod, virgo potens! tui causa contentiones ortæ sint.*)*

Rostast (at) *infinit. verbi ut videtur deponentis* ek róstast *conflictor, tumultuo. Vox rara, et eatenus suspecta, quod tantum in apographo* þ *inveniatur* Mh. 20 *in var.; sed nihilominus permultæ probant voces in lingva nostra obviæ, hocce verbum existere posse, ut* rósta *strepitus, tumultus, bellum,* róst *garritus,* róstumikill *turbulentus, quæ omnia in Gloss. Nialæ videnda, ubi Johnsonius harum vocum intimam in plurimis lingvis cognationem probat. Adhæc* róstusamr *tumultuosus, inquietus,* rósti *violentia, iracundia. Huc etiam refero* raust *elevatio vocis,* raus *garritus; anne etiam* ræsir *dux bellicus? Hæc omnia ab* ek reisi, *erigo,* ek rís, *surgo, derivanda mihi videntur. AS.* ræran *erigere. Cfr. gr.* ῥοῖζος *impetus.*

Rótfastr *adj. in radice fixus, nondum demessus* (*de frumento*). *Th.* rót *radix, AS.* rót *idem, gr.* ῥίζα. fastr *vide* festíng.

Rýf ek *v. transit.* (rauf, hefi rofit, at rjúfa) *violo, posthabeo, revoco, irritum reddo, etiam: demolior.* at rjúfa dóm *latam sententiam violare* þfb.

---

*) Ros (*Cap. 21. pag. 78*) *doctissimus interpres accepit pro vulgari* ross (*jam sæpissime* hross, *equa vel equus*), *me non assentiente, cum hanc vocalam opiner aut recte scribendam* rós (*rosa aurea vel argentea, vel aliud simile muliebre ornamentum*), *aut etiam, quod alia exemplaria et leges Norvegorum Frostenses* (*priscis Germanicis simili casu consonæ*) *hic præferunt:* kross, *i. e. crux* (*e pretioso metallo vel alioqvin eleganter elaborata*), *quæ ornamenti loco olim a fœminis gestabatur, et adhuc quoque gestatur; cfr. vocabulum* Kinga, *supra in Glossario.*

Finn Magnusen.

4; at rjúfa kaup *venditionem revocare* Kb. 15. Þvíat lögin rjúfa þat mál *leges enim hoc negotium irritum declarant. Hinc verbum intransitivum* ek rofna: ef kaup rofnar *emtio venditio si recedit* Lbb. 5. *Verbum* ek ríf, reif, hefi rifit, at rífa, *rado, vellico (cui etiam respondet verbum intransit.* ek rifna), *diversum ab* ek rýf, *opinor, quamvis alicujus sint cognationis. AS.* hrypan, *dissuere, et* ripan, *metere, utrique respondent. Conferunt etiam lat. rupo, hodie rumpo, et rapio; quibus adde gr.* ῥαίω *corrumpo, destruo,* ῥηγνύω *rumpo.*

Rýtíngr, *in pl.* rýtíngar, *m*; *invenitur et* rytíng *pugio. Ab* ek rita *incido, sculpo, scribo, deducit Olavius Synt. de baptismo et scribit* ritíngr, *quod et invenitur, ut et* ritníngr *et* rytníngr, *v. Legg. Gul. M. R.* Mh. 14; *sæpissime perý scriptum invenitur. Idem fuit ac* saxknífr, *culter major, v. Snorr. l. c., et* brynknífr *vel* brynjuknífr, *Spec. Reg. pag.* 406, *vide notam ibid. Idem esse ac* tygilknífr *vix crediderim; hos enim illis minores fuisse credo, et per collum suspensi portabantur, illi vero balteo appensi. Ad verbum* ek rýð, rauð, *lino, rubefacio (sangvine), referendum opinor; cfr. gr.* ἐρυθρός.

Rægi ek *v. defero, calumnior, diffamo.* at rægja fjörvi — fé *diffamando alterius perdere vitam — bona. Th.* róg *v.* rógr, *vide* rógsmaðr.

Rækt *f. cura, tutela.* at leggja rækt á *curam gerere,* at leggja rækt við *idem* Mh. 36. ek ræki *colo, curo, AS.* recce *cura, ab* ek rek, rakta, *v.* rekendi.

Rælza *vide* hræðsla *supra.*

S.

Sakaðr *adj. reus, accusatus; etiam: amicitia vel inimicitia cum aliquo junctus. Priori sensu idem quod* sekr, *quasi* sækr, þfb. 2. hvârki sifjaðir við hann nè sakaðir *eocum nec propinquitatis vel affinitatis nec intercedentium causarum vinculo junctus* Þb. 9. *Th.* ek saka *incuso,* sök *causa,* ek sæki, (*AS.* secan) *quæro, peto.*

Sakaráberi *m. vi vocis: causam vel reatum inferens, accusator, actor.* sök, *genit.* sakar, *causa, res, culpa* (*AS.* saka *id.*), *et* ber ek á *infero, insimulo, gr.* φέρω.

Sakbætr *f. pl., in sing.* sakbót; *v. ind. Grg. Tamen notandum* sakbætr *hic* Mh. 15 *tantum denotare multam Regi debitam, ob subditum ejus percussum vel vulneratum, non vero, ut in Gragasa, additamenta cædis multæ ordinariæ, quæ a graduum remotiorum propinquis et solvantur et capiantur; cfr.* eptirbauga *et* sakbót *in Grg.; vide* frændbætr *supra.*

Saktal *n. idem quod* saktala. *V. ind. Grg.*

Sal *n. terminus peremtorius cædis multæ solvendæ, lata judicis sententia constitutus. Etiam: definita cædis multæ portio, quæ die condicta solveretur. Cædis multa quoad solutionem in tres portiones divisa fuisse videtur, quarum prima intra mensem peractum stato & die & loco solveretur.* fyri sal — at fyrstum salum *ante diem condictam — in primo solvendi termino peremtorio.* skal þat hit fyrsta sal framkoma *prima (cædis multæ) portio solvatur.* at taka sal *hanc portionem recipere* þfb. 6. ek sel *trado, AS.* syllan *dare, tribuere.*

Salastefna *f. dies oculatus, terminus ad solutionem multæ. Th.* sal (*genit. pl.* sala) *et* stefna *terminus constitutus &c. Vide in ind. Grg. h. v.*

Salt *n. sal.* í salti liggr sök, ef sækjandi dugir *actio sale aspersa jacet (ɔ: non putrescit, non*

præscribitur) quamdiu actor sufficit (ɔ: adest idoneus), paræmia juris. Cfr. gr. ἅλς sal.

Samkunda *f. conventus, convivium. Th.* **sam** *(in constructione) simul, gr. ἅμα, et* **kunnr** *notus, si non potius ab* **ek kem**, *venio, quasi fuerit* **samkomda**, **samkumda**. *Sic* **samkoma** *conventus.*

Samvista *f. commoratio, cohabitatio conjugum; AS.* **samviste** *idem Th.* **sam** *(ἅμα) et* **vist** *mansio.* **ek er** *v.* **es**, *at vera v.* **vesa** *esse.*

Sannligr *adj. probus, qui vera dicere velle præsumitur.* **sannlig vitni** *testes idonei* Þfb. 6. *Th.* **sannr**, *antique* **saþr**, *AS.* **soth**, *verus. Lat. sanus & sane optime confert Olavius. Gr.* σαφής.

Sárabætr *v.* **sárbætr** *f. pl.* (**sárabót** *vel* **sárbót** *in sing.) vulneris accepti satisfactio. Th.* **sár** *vulnus (AS.* **sar** *ulcus, dolor); vide ind. Grg. sub* **sár**, *et* **bótamaðr** *supra. at láta uppi vera* **sárbætr** *satisfactionem vulnerato præstare* Mh. 8.

Sársauki *v.* **sárauki** *m. proprie: additamenta vulneris, dolor vulnere causatus, etiam: vulnus leve.* **er fyri skemdum ok sáraukum verða** *qui vel læsionibus vel vulneribus afficiuntur* Mh. 11. *Th.* **sár** *vulnus, cfr. præc.;* **sárr** *adjectivum et denotat vulneratum et dolorificum.* **ek eyk** *augeo, AS.* **eacan** *augere, gr. αὔξω id.*

Setklæði *n. vel sing. v. pl. stragulum sedilis. Cfr.* **set** *in ind. Landnamæ et gloss. Njalæ sub* **setstokkr**. *Sedilia stragulis acupictis vel textilibus pulcherrimis obducebantur.*

Setraferð *vel* **sætraferð** *f. profectio ad mapalia vel æstiva.* **ok eigu allir sætraferð** *et mapalia simul habent (habent communia)* Lbb. 19. *Th.* **sætr** *vel* **setr** *æstiva (***ek sit** *sedeo, maneo, transitive* **ek set** *pono, colloco, AS.* **setan** *&* **settan** *ponere; Lat. sedeo et sedo, gr. ἕζομαι et ἕζω),* **ferð**, **ek fer** *eo. In Gragasa, ut et hodie,* **sel** *dicuntur æstiva, quæ in Jarnsida et Jonsboka* **sætr** *nominantur.*

Sèttareiðr *m. juramentum sevirale. Sex consacramentales quomodo adhibendi et quando, præscribitur* Þb. 10. *Th.* **sex**, *sex, et* **eiðr** *juramentum. Vide* **sjöund**.

Sifjaðr *adj. propinquitate vel affinitate conjunctus. Th.* **sif** *amicitia, cognatio, in pl.* **sifjar**, *de quo vide ind. Grg., AS.* **sibba** *cognatio, gr. σέβω colo.*

Sjöund *v.* **Sjaund** *f. dies septimus a certo aliquo termino.* **at koma at sjaund** *in septimo die apparere,* Et. 18. **Sjaund** *legendum videtur* **sjönd**. *A numeris ordinalibus* **fimm**, **sex**, **sjö** *formata sunt substantiva* **fimt**, **sètt**, **sjönd** *vel* **sjöund**, *obvia in* **fimtarþing**, **sèttareiðr**.

Skaðamaðr *m. damnum inferens, læsor, percussor, occisor. Th.* **skaði** *et* **maðr**; *vide subseq.*

Skaddr, **sködd**, **skatt**, *adj., læsus, damno affectus, imminutus.* **ok svá ef jörðu er skatt** *ut et si fundo aliquatenus infertur læsio* Lbb. 13. *Cum dativus* **jörðu** *hic a* **skatt** *regi videatur, hoc loco τὸ* **er skatt** *est perfectum ind. pass. v.* **ek skeðð**, *qu. v. in ind. Grg., et cum dat. rei construitur; nam verbum auxiliare* **er** *hic cum partic. pass.* **skaddr** *componitur. Hodie dicitur* **skaðaðr** *et* **ek skaða** *et* **skadda**, *AS.* **scedan** *et* **sceddan**. *Obsoletum nobis* **ek skæ** *lædo, unde* **skæðr** *nocuus.*

Skeðja ek *v. damnum infero, lædo.* **En ef aðrir menn skeðja þar jörðu** *Quodsi alii fundo ibi læsiones intulerint* Lbb. 3. *Quoad etymon vide præc. et ind. Grg. sub* **skeðð ek**.

Skemdarverk *n. vel sing. v. pl. facta nocua, læsiones personales. Ex* Mh. 11 *distingvitur inter* **skemdir** *&* **sársauka**, *unde* **skemdir** *inprimis videntur esse læsiones, quæ* Mh. 22 *& seqq. describuntur. Ejusdem originis ac antecedentia. Vide Gl. Njalæ sub* **skemdarvíg** *et Syntagm. sub* **skammr**.

Skeyti ek *v. solenniter trado (de fundis). Th.* **skaut** *sinus, gremium, lacinia vestium. Cfr.* **bótarskeytíng** *supra.*

Skeytíng *f. symbolica fundorum traditio, scotatio.*

ok svâ þóat eigi sè skeytíng á *scotatio (traditio fundorum legalis) quamvis non adhibeatur* Et. 17. *Cfr. v. præced. et* bótarskeytíng *supra.*

Skil *vel* skill *pro* skilr, *tertia pers. præs. ind. act. v.* ek skil *distingvo, discerno.* ok skil svâ fyrir *et ita definit* þb. 6. *Talis archaismus etiam in aliis verbis obvius est, ut* ek stel, hann stell, *pro* stelr; ek sel, hann sell, *pro* selr, *et ex analogia verborum:* ek vil, hann vill, ek kel, hann kell &c. *conjiciendum, omnia verba monosyllaba in* el *vel* il *desinentia in tertia pers. præs.* l *finale antiquitus tantum reduplicasse. Cfr. gloss. Njalæ sub* skill, *quod, ni fallor, minus recte pro imperfecto ibi habetur. AS.* scyllan *dividere, vide ind. Grg. sub* skil.

Skiladómr *m. judicium, quatenus de dominii titulo dispiciat.* Halda skal hann skiladómi fyri *judicum sententiæ jus suum discernendum subjiciat* Lbb. 16. at eiga skiladóm til *ad judicum sententiam definitivam de re quadam provocare* Et 20. *Th.* skil *et* dómr; *v. ind. Grg. his vv.*

Skilfenginn *adj. justo titulo acquisitus,* (*uxor*) *legitime nupta.* Þá tekr móðir skilfengin *tum mater legitima* (*non concubina*) *capiat hæreditatem* Et. 4. *Th.* skil, *quod in constructione justum quid denotat* (*v. antec.*), *et* fenginn *aequisitus* (ek fæ *nanciscor.*)

Skilgetinn *adj. legitime genitus, filius vel filia legitimi (non spurii). Th.* skil *(v. mox antea) et* getinn *genitus* (ek get *queo, gigno; cfr. Gloss. Synt.)*

Skilníng *f. distinctio, essentia vel persona distincta.* ok þær þrjár skilníngar eru einn guð *tres illæ distinctæ personæ sunt unus Deus (de Trinitate)* Kdb. 1. *Th.* skil, *v. ind. Grg.*

Skilorð *n. dictum decretum, conditio stipulata, conditio adjecta, etiam: modus agendi præscriptus.* með hinu fyrra skilorði *modo jamjam præscripto* Mh. 14. *Th.* skil ek, *qu. v. sub* skil, *et* orð *dictum, etiam: res, AS.* vorð, *v. Gloss. Synt. de bapt.*

Skilríkr *adj. ad justa & æqua præstanda ubique paratus, probus, bene moratus, qui mandatum habet justum.* skilríkir umboðsmenn *justi mandatarii* þfb. 2. *Th.* skil, *justa & æqua, et* ríkr *potens, validus, dives, AS.* rice *idem. Subst.* skilríki *et* skilvísi *habitus suum cuique tribuendi. Cfr. antea* skil *et ind. Grg. h. v.*

Skipa ek *v. expedio, paro, ordino, compono, etiam: jubeo.* at skipa skip *navim expedire* Kb. 20. *Cfr. Gloss. Nialæ et syntagm. de bapt. h. v. Adferri etiam potest gr.* σκευάζω *orno, paro, struo, si non* σκοπέω *speculor; nam quod quis in ordinem vult digerere sedulo inspicit. Vox originaria* ek skep, *formo, determino, unde etiam* ek skapa *creo, AS.* scyppan *creare;* ská, *secare, radicem adfert Olavius, quam significationem Svec.* skapa *adhæc retinet. Hinc*

Skipan *f. dispositio, constitutio.*

Skirta *f.* — *rectius* skyrta, *Dan.* Skjorte *indusium, supparus. Th.* skýrr *purus, candidus.*

Skot *n. jaculum.* ek skýt *jaculor. Cfr.* járnhvalr *supra.*

Skript *f., in plur.* skriptir, *pœna, castigatio, disciplina inprimis ecclesiastica, sed in* Mh. 34, *ubi hæc vox occurrit, pœnas in genere denotare videtur, ut in Spec. Regali p.* 486 *et sæpius. AS.* scrivan *præscribere pœnitentias.*

Skrökvâttr *m. falsum testimonium, etiam: testis falsus.* þá sem hvârki sè áðr reyndir at röngum eiðum nè at skrökvâttum *qui in antecessum nec perjurii nec falsi testimonii sunt convicti* þb. 9. *Th.* skrök *fictio, commentum, mendacium minoris notæ* (ek skreika, *vacillor*), vâttr *testis, hic: testimonium* (ek veit *scio, AS.* vitan *scire*). *Cfr.* skröksmaðr *in Gloss. Nialæ.*

Skuldarmaðr *m. creditor* Et. 18. *Vide ind. Grg. sub* skuld. *Notandum est,* skuldarmaðr *in indice*

Grg. eum denotare, qui æris alieni solvendi gratia creditori sese addicit, hic vero ipsum creditorem.

Skuldarstaðr *m. locus debiti, nomen.* at hann tók þann skuldarstað *eum nomen ei cessum accepisse* Kb. 18. *Th.* skuld & staðr *locus.*

Skuldskeyti ek *v. nomina cedo.* Ok skuldskeytir hann annan mann við hann *et ei (creditori) debitor alterius nomen delegat (in debiti sui solutionem)* Kb. 18. *Th.* skuld *et* ek skeyti, *qu. v. Nomen delegans æs alienum sibi debitum alteri tradit.*

Skuldanautr *et* skuldunautr *m. creditor* Et. 19; *debitor* Lbb. 4, *quam significationem etiam sæpissime tenet. In genere, et inprimis in plurali, denotat utrumque contrahentem in commerciis mutuis. Th.* skuld (*vide* skuldarmaðr) *et* nautr *qui ab aliquo est acceptus* (ek nýt *fruor, obtineo, AS.* notian *frui*; ek næ *assequor).* Nautr *haud simpliciter invenitur, sed sæpissime in constructione cum nomine quodam proprio, cum vox hæc adjectivi loco quasi ponitur, cum alio substantivo, ad indicandum, unde res quædam acquisita sit, vel dono, vel alio quocunque titulo. Sic* sverðit jarðhússnautr, *ensis in domo subterranea acquisitus, in* Flóamanna S.; skikkjan Adalráðsnautr *et deinde* Gunnlaugsnautr *in* Glgs. Ormst. S., *et permulta alia.*

Skýri ek *vel* skíri ek *purgo, etiam: baptizo.* at skýra sik með XII manna eiði *dodecadis juramento se purgare* Mh. 11. *Vide ind. Grg. sub* óskýrborinn.

Skýrskota ek *v. testes antestor. Th.* skýrr *purus et* ek skeyti, *qu. v., quasi sit purgationem suam aliis tradere o: testibus antestatis. Hinc* skýrskotaðr *p. p. p. hujus verbi.*

Skýrsla *f. purgatio, probationes rei per consacramentales factæ (antea per ordalia). Cfr. antec.*

Sköp *n. pl. fata, ordo naturæ.* ef at sköpum ferr *si ex ordine naturæ res procedit* Et. 1. *Th.* ek skapa, *quod vide in Gloss. Nialæ & Synt., et* ek skipa *antea.*

Slímusetr *n. vel* slímuseta *f. ignava sessio, mora parasitica.* seta *vel setr ab* ek sit *sedeo (gr. ἕζω idem); sed* slíma *derivandum a* slæmr, *antique: ignavus, hodie malus, importunus, vilis, Dan.* slem, *Germ.* schlimm, *quod iterum a* slæfr *(si non eadem vox), dan.* slöv *mollis, obtusus, hodie:* sljófr *vel* sljór. *Adhæc* slím *n. habemus, quod non tantum pituitam, phlegma, denotat, sed et desidiosam et ignavam mansionem in aliquo loco.*

Snápr *m. ardelio, sycophanta, legulejus. Vide* snapa *in Gloss. Eddæ Sæm.*

Snýki ek *v. mendico, lacto, parasitor, expeto.* at suýkja til mútu *largitionem parasitari* Mh. 35. *An ab obsoleto* ek snyð, snudda, *propero? Hodie etiam extat* ek snudda *huc et illuc leviter quærens et odore ductus me converto (de canibus & parasitis).*

Sóknari, sóknarmaðr, *vide ind. Grg. Tamen notandum* sóknara *ex* Jarnsíða *tantum unicum fuisse in quavis toparchia,* Mh. 13. *Hic fuit toparcharum quasi vicarius, ut justitiam subministraret actiones publicas institueret, et latas sententias in reis perfici curaret.* Sóknari *v.* sóknarmaðr *distingvitur a toparcha* Mh. 13 *et* Kb. 6, *ut toparcha seu* valdsmaðr *a* konúngs-umboðsmaðr *distingvitur* þfb. 6, *quod igitur notatum volo, cum P. Vidalinus (Scr. Societ. Litt. Isl. V p.* 259) *et Jonsb. contendat* valdsmann *et* umbodsmann konúngs *esse synonyma, nisi* eða *in* þfb. 6 *tantum sit explanativum, non disjunctivum.*

Spáfarir *f. pl. (in sing.* spáför, *quod vix usitatum) vaticinia, sive aruspiciis sive extispiciis vel auspiciis, vel quocunque alio modo vel magico apparatu fierent; cujus exemplum in Hist. Erici Rufi cap.* 6. spái ek *prædico,* spá *vaticinium,* spár *prædicus; cfr. gr.* σπέω *vel* σπῶ *dico.*

Spell *vel* spjell *n. vel pl. v. sing. detrimentum*

labes, vitium. *Vide* spellreiđ *in ind. Grg.* ek spilli *perdo, corrumpo.* *AS.* spildan *vitiare.*

Staddr, stödd, stadt *vel* statt *adj. offensus, captus et prehensus, etiam: firmiter constitutus, manens.* hvar sem hann verdr staddr *ubicunque tandem comprehenditur* Mh. 7, 31. lögin vàtta međ stöddum endimerkjum *leges porro fixis præfiniunt terminis* Kdb. 2, *idem est ac* stađađr *in certo loco constitutus.* stađr *locus*, stá *stare*, *AS.* stathe *locus.* *Equus ire reluctans, et igitur in loco permanens, adhuc dicitur* stađr, *quasi loco adfixus.* *Cfr. gr.* στάω *sto*, στάδιος *firmus, stabilis,* σταθείς *status.* *In Historia Arn. episc. p.* 104, *ut et Hk. III pag.* 290, *occurrit v.* ek steđ, ek stadda, *invenio, locum assequor, constituo.*

Stallari *m. præfectus aulæ.* *Hodie* Marschall. *Ejus in aula Norvegica officia enumerantur aulica lege Norv.* (Hirđskrá) *cap.* 21. *Vox derivanda videtur a* stallr *stabulum, equile, etiam: suppedaneum vel ara deorum* (stá *stare*).

Stelandi *partic. præs. act. v.* ek stel *furor.* stelandi hendi *manu furtiva, furtim*; *gr.* ἔλω *capio.*

Stell *pro* stelr, *vide quæ sub* skil *annotata sunt.*

Stend ek *v. sto, valeo, adsum, offendo* &c. at standa á lögom *legibus instare ɔ: convenienter agere* Mh. 20. at standa fè sitt í annars hendi *res suas in alterius manu offendere v. agnoscere* þb. 3. *Vide* staddr.

Stolinn *adj. furtivus, etiam: furtim ablatus*; stolinn *adhæc dicitur, cui aliquid furtim aufertur, ut* stolinn fè sinu þb. 5. stolinni hendi *manu furtiva, furtim.* stolinn *significatione media est p. p. p. verbi* ek stel. *Vide* stelandi.

Synja ek *v. nego, purgo, excuso.* einn skal eyris synja *in causis unius unciæ juramentum solitarium purgat* þb. 11. *Th.* syn *vel* son *negatio, excusatio, expiatio,* sona *expiare, unde dan.* forsone. *Hinc phrasis:* at setja syn fyrir *sese purgare.*

Sýnn *adj. visus, apertus, manifestus, convictus, compertus.* sá er bani at sannr ok sýnn *pro occisore certo & comperto habeatur* Mh. 11. *Th.* sýn *vel* sjón *visus,* ek sè *video.*

Særi *n. vel sing. v. pl. juramenta.* at flytja særi *juramenta proferre.* ek sver *juro, AS.* sverian *jurare*; *anne conferri meretur gr.* εἴργω *coerceo.*

Særr *adj. juramento adhibendus.* særr dagr *dies juridicus, in quo juramenta et exigere & præstare licet. V. antec.*

Sætur *f. pl. æstiva. V.* setraferđ.

Sættir *m. pacificator.* garđr er granna sættir *sepimentum (terminale) est accolarum pacificator (proverb.)* Lbb. 20. *Th.* sátt *vel* sætt, *quasi* sett, *reconciliatio* (ek set *compono*).

T.

Tak *n. assumtio, arrestum, sequestratio, sponsio, fidejussio, vadimonium.* at æsta taks *fidejussorem expostulare* þb. 3, *sic etiam in Privileg. Isl. in Norv. Gragasæ II p.* 409; *hinc ibidem* taksæsting *f. postulatio de fidejussore.* Tak *in Grg.* Llb. 13 *admittit aliam notionem; v. ind. Grg.* takađr til móts, *ad conventum usque habendum prehensus & detentus, Jus Bjark. apud Paus. cap.* 5. þá sè fè hans í tökum á međan, *bona ejus ad interim in sequestro maneant, ibid. Hinc* eiđatak, *sponsio seu fidejussio de juramento præstando, ibid. cap.* 14; fjártak, *vadimonium, cap.* 44 *ibid., et sæpius.* ek tek *capio, prehendo*; *δέχω id.*

Tala *f. numerus, numeratio.* sem tala rennr til *pro rata, pro quantitate.* Tölu skal til hafa *justa adhibeatur æquatio* Et. 19. *Vide antec. et* tölur *in ind. Grg. AS.* getale *numerus.*

Taliðr *pro* taldr *adj. vel p. p. p. verbi* ek tel *numero, profero. Olav. a* tjá *hoc verbum deducit, sed Johns. adfert gr.* τελέω.

Tefli ek *v. alea ludo. Hinc p. p. p.* tefldr *qui pecunias aleæ subjectas amittit. Rectius mihi videtur, scribere* tabl *et* at tebla, *quamvis et Gragasæ et Jarnsidæ codicibus adversetur. An a Latinorum tabula?*

Telgja ek *v. ascio, apto (perperam hodie* tegli ek). ek tálga *cultello ligna lævigo. Cfr. gr.* πελεκάω *ascia cædo.*

Tilgjöf *f. vi vocis: donum additium, antipherna. Vide* gagngjald. *Th.* til, *interdum in constructione idem quod: insuper, et* gjöf *donum,* ek gef.

Tortrygð *f. dubitatio.* ef tortrygð leikr á *si quis dubitaverit* Mh. 8. *Vide ind. Grg. sub* tortryggi ek.

Treð ek *v. farcio, constipo, pedibus calco, tero, etiam: nihili habeo, turbo.* at troða þing ok vitni hins *comitia et testes alterius turbare vel nihili habere* Mh. 20, *hodie* að traðka, *quod propius accedit ad gr.* τρύχω *tero. V. Gloss. Nialæ sub* traðir *et* treð.

Tryggrofi *et* tryggrofamaðr *m. fœdifragus, fidei datæ violator. Th.* tryggr *fidus,* trygð *fides,* trú *idem, AS.* treovð *fœdus,* truvian *credere, fidere;* rof *ruptio,* ek rýf *rumpo, qu. v.*

Tröll *n. v. sing. v. pl. dæmones, demortuorum genii, manes.* at vekja upp tröll *manes evocare artibus magiæ. Conferendum Dan.* Droll *spectrum. Vide ind. Landn. h. v.*

Tvímánaðr *m. bimensis. V. ind. Grg. h. v.*

Tvímenni *n subst. adjectitium, duovirale.* ok verðr tvímenni örvarþing *comitiaque sagittaria duo simul instituuntur* Mh. 20 *in var. Th.* tví *bis (in compositione) respondet gr.* δίς, *et* maðr, menn. *Si loco allegato legendum sit (ut habet Textus)* tvinni *vel* tvenn *ut habet Þ: dupla denotaret, quod et omnino juste se habet, et conveniet legg. Frost. II. II. Paus. p.* 60. at tvinna *hodie fila duplicare* (tveir *duo*).

Tylftareiðr *m. juramentum dodecadis, cum undecim consacramentales præter reum juramento adhibebantur, in causis maximi momenti et criminalibus, cfr.* Þb. 9. at synja til tylftareiðs *dodecadis juramento se purgare* Mh. 7. at koma fyrir sik tylftareiði *dodecadis juramentum adferre posse* Mh. 11. tylft *a* tólf *duodecim (cfr. Gl. N. h. v.),* eiðr *juramentum.*

Typtklæði *n. pl. pepla, calantica (ut opinor)* Et. 21. *Varians lectio* trypklæði *nullius habenda. De fœminarum capitis ornatu intelligo, et quocunque vestimentorum, eo pertinentium, genere.* at typpa um höfuð einum *caput alicujus calanticis adornare, cfr.* Hamarsheimt *in Edda Sæm.:* ok hagliga um höfuð typtu. ek typpi *(vide in Gl. Edda Sæm.),* toppr *apex, AS.* top. *Gr. jun.* τουφα, τουφια, *cristæ galearum.*

Týssdagr *m. dies Martis, hodie in Islandia* þriðji dagr *tertius dies (hebdomadis). Hoc diei nomen ut et* þórsdagr *(v. postea) Norvegicam Jarnsidæ originem arguit; in Gragasa enim Islandica, quam vis vetustiori, deorum ethnicorum nominibus dies non signantur, quod vel hodie in Dania, Norvegia et Svecia fit. Th.* Týr, *genit.* Týs *vel* Týss *nomen dei (cfr. Edd. Sæm.)* & dagr *dies, AS.* dag, *quod a* don, *agere, deducit Olav.; sed confer ind. Grg. sub* dagr, *ubi adferuntur gr.* δαΐς, δαΐδος, *fax,* δαη *lumen,* δαηρος *lucidus* δαίω *accendo.*

U.

Úfalsaðr *vide* ófalsaðr.

Úgipta *vide* ógipta.

Úhæfa *vide* óhæfa.

Úleyfi *vide* óleyfi.

Um *præp. per, circa, de, citra, ultra, præter, quod hic notandum.* at vinna um *ultra terminos (fundi) operari* ɔ: *in alieno territorio* Lbb. 26; *sæpius in hoc sensu cum* fram *componitur. AS.* ymb.

Umboðsmaðr *m. mandatarius.* umboðsmaðr konúngs *præfectus regius. Cfr. quæ sub* sóknari *sunt annotata. Th.* umboð *mandatum*, um *circum, et* ek býð *mando, invito (AS.* beóðan ymb *mandare)*; maðr *vir.*

Umkenslumál *n. insimulatio, criminatio, imputatio.* at kenna um *insimulare.* kensl *simpliciter etiam imputatio, ut in Hk. II pag.* 165, *Jure Bjarköensi cap.* 13. ek kenni *insimulo*, kann *scio.*

Úneyttr *vide* óneyttr.

Uppnæmr *adj. capiendus, apprehensibilis, confiscandus. Th.* upp, *in constructione: super, gr.* ὑπέρ; næmr *qui capi potest, etiam: qui capere potest, docilis,* ek nem *capio, AS.* niman *capere.*

Uppreisn *f. et* uppreist *f. proprie surrectio, insurrectio, etiam: restauratio, renovatio (causæ).* elligar á hann þess máls aldrei uppreist *sin minus, causam renovare jus ne habeat.* at reisa upp *sursum tollere*, at rísa upp *surgere.*

Útilega *f. proprie cubitus sub dio, et inde: latrocinium. Th.* úti, *sub dio, et* lega, ek ligg *decumbo. AS.* licgan *jacere*, λέγω *cubo.*

Útiseta *f. sessio sub dio.* útiseta *dicitur magorum mora nocturna in cæmeteriis, ad manes evocandos, dæmones provocandos, vel tale quid superstitiosum peragendum. Vide Hk. I et III pag.* 400, *notamque ibid. t.*

V.

Váðaverk *vide* voðaverk.

Vald *n. potestas, jurisdictio, toparchia,* þfb. 2. *Hodie toparchiæ dicuntur* sýslur *et toparchæ* sýslumenn *quasi negotiis semper occupati.* Vald *ab* ek veld, *potis sum, valeo, AS.* vald *potestas et* vealdan *posse, valere. Hinc*

Valdsmaðr *m. toparcha. Cfr. quæ sub* sóknari *annotavi.*

Vanarvölr *m. hodie* vonarvölr *m. proprie: baculus inopiæ.* at ganga með vanarvöl *mendicare. Th.* van, *genit.* vanar, *defectus, unde etiam verb. impers.* vantar *deest;* völr *convexitas, etiam: baculus cylindraceus et teres, hinc:* sívalr *adj. ubique convexus, teres et cylindraceus,* valtr *caducus*, ek velt *labor, cognatum cum* hvoll, hvel *convexitas* (valhöll *aula convexa* ɔ: *cælum*). Vonarvölr *compositum a* von, *spes, quod etiam interdum* van *legitur, et* völr.

Vandliga, *vel* vannliga *adv. omnino, prorsus; invenitur et* vendiliga. *Th.* vandr *qui aliquid facit studio et accurate. Cfr.* óhlutvendni *supra.*

Vandæmi ek *v. lenius quam par est judico. Th.* van, *quod in compositione defectum denotat, et* ek dæmi *judico*, dómr *judicium, AS.* domas *leges; cfr. gr.* τέμνω *seco,* τομός *scindens,* τομα *dor. sectio.*

Vanrefsi ek *v. minus quam par est castigo. V.* ofrefst *supra.*

Vanvita *subst. adject. indeclinab. et omnis generis. Th.* van, *in compos. defectus, et* vit *scientia,* ek veit, *scio.*

Varðveiti ek *v. custodiam præbeo, curo, prospicio, servo; hodie cum acc., hic cum dativo rei construitur:* Þá skal hann öllum hennar fjárlutum varðveita *omnibus ejus (uxoris) bonis ille (maritus) prospiciat* Kg. 5. *Hic dativus rei regi videtur a verbo* veiti ek *præbeo, quasi fuerit* vörð at veita *custodiam rei præstare, quæ phrasis etiam sæpe invenitur,* Et 24. vörðr *custos,* ek ver *protego,* var *cautus, etiam: animadvertens, cfr. gr.* ὥρα *cura, AS.* veardan *custodire.*

Vargr *m. lupus, etiam: exul, proscriptus, civitate pulsus, in sylvis sese tenere solitus. Vide* óvísa *et* vargr *in ind. Grg. Anne a* var *cautus, quasi* varigr *caute agens? Olavius a* reka *pellere derivat, quo casu cognatum erit Dan.* vrag, at vrage, *quod et optime convenit AS.* vræca *exul,* vræc *exilium,* vræcan *profligare.*

Vebönd *n. pl. ligamina sacra comitiorum loca circumcirca. Th.* ve *loca sacrata, pax, religio, etiam: dii, et* band *ligamen,* ek bind *vincio, AS.* vih *et* vig *sanctus.*

Veð *n. periculum, etiam: pignus, sponsio.* at vera í veði *in periculo versari* Mh. 13. *V. Gloss. Nialæ et ind. Grg. h. v.* veðja ek *spondeo.*

Veðfals *n. falsum in oppignoratione.*

Veðfé *n. bona sponsioni supposita.*

Veðflærð *f. fraus in oppignoratione facta. Th.* veð, *pignus, et* flærð *fraudulentia, falsitas,* flár *dulce sed false loquens, etiam: crispus, cfr. gr.* φλαῦρος *malus.*

Veðlagðr *adj. oppignoratus.* veð *et* ek legg *pono, constituo.*

Vefr *m. tela.* vefjarskikkja *pallium textum.* ek vef, óf *vel* vóf, hefi ofit *vel* vofit, at vefa, ofinn *vel* vofinn, úofinn *vel* úvofinn, *texo, texui, texere, textus, intextus; cfr. gr.* ὑφάω *v.* ὑφόω.

Veg ek *v. sursum veho, occido.* At vega um konu *fœminam occidendo vindicare. AS.* vægan *ponderare, tollere. Cfr. ind. Grg. h. v.*

Veiðispell *n. detrimentum piscaturæ. Th.* veiði *captura quævis tam piscis, quam avium (cfr. ind. Grg), et* spell *supra.*

Veiðistöð *f. loca venationi inprimis apta. Th.* veiði *et* staðr.

Veiðivèl *f. techna ad salmones capiendos structa, quæcunque fallacia venatoria. Th.* veiði *et* vèl *fallacia,* ek væli *fallo. G. Andreæ adfert gr.* βουλή *consilium, calliditas; est etiam* veill *duplex, infirmus, fallax, quasi* veheill *non integer,* veilindi *ægritudo; vide Grg. et gr.* οὐλοός *et* ὀλοός *perniciosus.*

Veiguð Et. 21, *in legibus Frost. H. H. apud Pausium* væfgin, *utrumque, ut opinor, falsum, unde lego* vefguð *texta n. pl. Cfr.* vefr *supra.*

Vek ek *v. excito, incipio.* at vekja víg *cædem movere, cædem primus committere,* Mh. 13. *AS.* veccan *excitare; cfr. gr.* οἴγω *operio.*

Verkatjón *n. defectus operarum, damnum hero causatum, si operarius operas stipulatas præstare non potis est.* verk, *AS.* veorc, *gr.* ἔργον *opus;* tjón *perditio,* at týna *perdere; cfr. gr.* θωή *damnum, quasi nostrum* tjón *fuerit* tjóun *vel* tóun. Tóa *vulpes, ovibus hic maxime nocua, nisi hoc forsan a* θοός *celer, velox.*

Viðskipti *et* Viðrskipti *n. commercium, negotium mutuum.* vopna viðskipti *pugna* Mh. 7. *Th.* við *vel* viðr, *cum, invicem, e contrario, AS.* vither, *et* skipti, *quod vide in Gloss. N.*

Viðrkvæmiligr *adj. dignus, decens, decorus, honestus, conveniens. Th.* viðr (*v. præc.*) *et* kvâma *vel* koma *adventus,* ek kem *venio, quasi* viðrkvæmiligr *vi vocis sit: dignus ut alteri substituatur, vel in alterius locum succedat, vel cum alio æquiparetur, quo sensu Latini suo conveniens etiam utuntur.*

Viðrmæli *n. responsum, responsio, defensio.* Viðrmælis er hverr maðr verðr *respondendi (sese defendendi) jus cuicunque competit, quicunque responsi dignus est,* Kb. 3. *Th.* viðr (*v. præc.*) *et* ek mæli *loquor,* mál, *qu. v. in ind. Grg.*

Viðrvistarmenn *m. pl. præsentes. Cfr.* návistarmenn.

Vígaferði *n. pl., idem quod* vígaferli *et ejusdem originis. Cfr. Gl. Nialæ.*

Vinn ek *v. operor, efficio, supero. Cfr. Gloss. Nialæ h. v.* at vinna eið *jurare, passim.* at vinna (*simpliciter*) *jurare* Kb. 6, *quod convenit phrasi danicæ:* at han vandt Lögn.

Virðugligr *et* virðuligr *adj. honorandus, venerabilis.* ek virði *honoro, in pretio habeo,* verð *pretium. AS.* vert *pretium,* vyrðe *dignus.*

Vitafé *n. bona condicta, debita, liquida.* ek veit *scio,* fé *bona, pecus.*

Víttr *adj. mulctatus. p. p. p. verbi* ek víta *esse potest, quod raro obvium est simpliciter, sed in composito* ek ávíta, *verbis castigo, vitupero, usitatum. Vide* víti (*dan.* Vide) *in ind. Grg., cfr. Gloss. Syntagm. de bapt. sub* víti.

Voðaverk *n. vel sing. v. pl., facta periculosa. Th.* voði, *periculum, et* verk (*vide* verkatjón). voði *a* vo *vel* vâ *malum, ærumna. Cfr. Gloss. Synt. de bapt. sub* voði.

Vopn *v.* vâpn *n.* (*in pl. idem*) *arma cujuscunque generis.* at halda vopnum upp *armis sursum elevatis suffragari* Mh. 20. *Hinc* vopnatak *armorum tactio, vel sumtio, vide ind. Grg. h. v.; cfr. etiam Hk. III. pag.* 325, 422 *et notam* u. *ibid., Arnes.* Isl. Retterg. *pagg.* 584—593 *in notis, Gloss. Wilkini in legg. Anglosax. sub Wapentachium, Hist. Arn. episc. pagg.* 66, 96, *quæ habet* at taka höndum upp *manus sursum levare, quasi modum suffragandi, qui mos invaluit, foripetæ postquam inermes judicia adire cœperunt.*

Vottbærr *et* vâttbærr *adj. ad testimonium ferendum idoneus.* vottr *testis, testimonium;* ek ber *fero,* φέρω.

Vunnit *pro* unnit, ek vinn, vann, hefi unnit *vel* vunnit, at vinna, *operor.*

Vænn *adj. sperabilis, idoneus.* vænn til skila *ad justa persolvenda idoneus* Þfb. 1. vænn, *cum ad* von *spes sit referendum, originalem hic servat significationem. Alias* vænn *etiam egregius, probus, formosus.*

Vörðslur *f. pl. cautio, fidejussio.* at hafa fullar vörðslur fram at leggja *sufficientem præstare posse cautionem* Et. 24. vörðr *vide* varðveiti ek.

Y.

Ýfi ek *v. exaspero, irrito.* úfinn *hirsutus, etiam: subiratus. Ab* ὕπω, *noceo, deducit G. Andreæ vel ab* ὕβρις *contumelia, injuria. Vide* ýlfi ek *postea.*

Yfirbót *f. reparatio, emendatio. Th.* yfir, *in vel super, AS.* ofer, *gr.* ὑπέρ, *et* bót, *AS.* bot *emendatio,* ek bæti *reparo.*

Yfirbreiðsl *n. instramentum lecti* (*hodie* ábreiða). *Th.* yfir (*v. præc.*) *et* ek breiði *explano,* breiðr *latus, amplus.*

Ýlfi ek *v. infesto, exaspero, lacesso, calumniando provoco.* at ýlfa einn til rángs máls *injusta actione aliquem exasperare* Þfb. 5. *var. Hoc verbum, quantum scio, in forma activa alibi non invenitur, sed in forma passiva occurrit apud Snorronem I pag.* 100, *cum mater Hrolfi Peditis Haraldum Pulcricomum sic alloquitur:* illt er við úlf at ýlfast *in lupum vel proscriptum aspere agere haud expedit. Inter variantes in Hist. Gunnl. Vermil. pag.* 34 *etiam legitur* ýlfiz. *Genuinam igitur vocem esse opinor, et, ni fallor, eandem cum* ek ýfi (*vide supra*), 1 *euphoniæ causa eliso. Ab* úlfr, *lupus, deductam volo; huc referenda* úlfúð *acerbitas et sævitia animi,*

quod hodie pronuntiatur úlbúð, *contractum ab* úlfr *et* óðr *indoles ingenium*; ek ýlfra *ululo*; ýlfa *lupa (G. A.)*; ek ýli *ejulo*; *quæ omnia mihi ab ὐλάω latro, cfr.* úla ek *in ind. Grg.*

Þ.

Þannoc *et* þannog *pro* þángat *eo usque* Lbb. 24. *Alibi invenitur* þannig, þíngat, þigat, þegat, þagat, *omnia a* þá *tum, ibi, et* at *ad.*

þarfindi *n. pl. utilitas, usus.* at vinna sèr til þarfinda *opera sibi utilia suscipere* Mh. 30. *Th.* ek þarf *indigeo, AS.* thearfan *opus habere*, þörf (*AS.* thearf) *opus, necessitas*, þarfr *utilis;* indi *tantum est productio substantivalis.*

þarfnan *f. necessitas*, Mh. 35. *id. th.*

þarseta *f. mansio in certo loco. Th.* þar, *ibi; Dan.* der, *Germ.* da, *Angl.* there, *AS.* þar, þær; *vide* slímusetr.

þegn *m. subditus Regis, civis in genere*; *Saxonice* thegn *a* thenian *ministrare. Lat. ævi medii* thainus, *Teutonice* deghen. *Vox hæc in lingva danica forsan obvia in* Degn *diaconus, et sane* underdanig *eo referendum, quasi compositum ab* under, undir, *et* thegn *vel* thainus *minister.* Thegn vel thainus *magis aperte sese exserit in Germ.* Unterthan, *subditus vel civis, qui paret imperio. Cfr. Gloss. D. Wilkini in legg. Anglos., unde hæc ex maxima parte desumta sunt.*

þegngildi *n. æquivalentia subditi, satisfactio Regi debita ob cæsum subditum, unde phrasis* Mh. 30: at greiða þegn *subditum rependere.* Þegn (*vide antec*) *et* gildi *æquivalens*, ek geld *solvo, AS.* geltan *vel* gyltan *solvere.*

þegnskylda *f. officia quæcunque a subditis Regi debita, speciatim: tributa. Th.* þegn (*qu. v.*) *et* skylda *officium*, skuld *debitum*, ek skal *mihi incumbit, debeo, AS.* scylde *officium.*

þeima *antique pro* þeim.

þessor *obsoleta et insolita locutio pro* þessi *acc. pl. neutr. gen.*

þíng *n. pl. res in genere* (*Dan.* Ting, *Germ.* Ding); *in specie: cimelia, AS.* þing *res, Angl.* Thing *idem.*

þíngá *vel* þinghá *f. jurisdictio, toparchia. Th.* þíng *et* ek hái *vel* heyi, *quæ v. in ind. Grg.*

þíngboð *n. index comitiorum. Th.* þíng *et* ek boða *indico, nuntior,* boð *nuntius. Index comitiorum vel crucis vel sagittæ forma fuit exsculptus.*

Þínggánga *f. jus in comitiis apparendi, persona in judicio standi.* at synja einum þínggaungu *facultatem in judicio apparendi alicui denegare* Mh. 19. *Th.* þíng *et* ek geng *eo.*

þíngfararkaup *n. pretium profectionis in comitia generalia, quod viris denominatis solveretur, ad eorum sumtus compensandos. Differentia ergo jam intercedit inter* þíngfararkaup *ex Gragasa, quod vide, et ex Jarnsida; hoc enim viris denominatis, illud Prætori solvatur.*

þíngtak *n. idem quod* vopnatak. *V. ind. Grg. et* vopn *supra.*

þjóð *f. populus subditus. Vide* lýðr *supra.*

þórsdagr *m. dies Thori, dies Jovis. Dan.* Thorsdag; *Islandis hodie* fimtidagr *dies quintus ɔ: hebdomadis. Cfr.* Týssdagr *supra.* Helgi þórsdagr *festum ascensionis Christi. Sic etiam nominatur in jure eccles. Heidsiv. cap.* 9.

þreskildr *m. vel* þröskildr *m. limen*; *hodie* þröskuldr *audit. Quoad originationem vocis adferendum mihi videtur verbum* ek þreski *trituro, Dan.* at tærske, *Germ.* dreschen *vel* treschen, *quibus confer. gr.* τρύσκω *tero, attero. Limen et calcatur et atteritur.*

þrift *f. vigor, salus.* ok komist aldrei í þrift *et nequaquam salvus agat. Th.* ek þrif *alo, nu-*

trio, ek þrífst *vigeo, cfr. gr.* τρέφω *alo. Anglice frugalitas audit* thrift.

þrínættr *adj. per tres noctes durans.* þrínætt þing *comitia trium dierum. Veteres per noctes numeraverunt dies, et annos per hyemes. Th.* þrír *tres et* nótt *nox.*

þrjózka *f. contumacia, asperitas animi, protervitas.* þrjótr *contumax, perversus. Vox primitiva esse videtur* þrá *assiduitas, pertinacia, obstinatio, unde cum his plurimæ derivantur voces. Cfr. gr.* θράω *sedeo, inhæreo.*

þurftuligra *vel* þurftugligra *comparat. adv.* þurftugliga, *magis necessarium, perutile.* þurft *vel* þörf, *v.* þarfindi.

þýfi *n. res furtivæ.* þjófr *fur, AS.* þeof *id. Vide Gloss. Nialæ sub* þjófr.

þýfska *f. furacitas, animus ad furandum proclivis.*

þýft *f. furtum, res furtim ablatæ.* at lýsa þýft eptir *de rebus furtim ablatis (in comitiis) denuntiare* Þb. 4, 7. *Hæc phrasis etiam denotare potest: furtum manifestare vel denuntiare. V. præc.*

Æ.

Æði *n. insania, delirium.* óðr *insaniens. V. ind Grg. Cfr. gr.* ὠθέω *trudo.*

Æsti ek *v. expeto, postulo.* at æsta taks *prædem postulare, expetere, ut alter vadimonium præstet, vel quoad ipsius personæ præsentiam, vel quoad res, quas duo sibi arrogant,* Þb. 3. *Cfr. gr.* αἰτέω *peto. Cognatum videtur cum verbo* ek æski *expeto, et* ek óska *opto, si non derivandum ab* ek æsi *incito,* ærr *vel* örr *promtus, celer, qui nimio fervore fertur.*

Ættarskarð *n. detrimentum familiæ, defectus propinqui cæsi. Th.* ætt *vel* átt *familia, genus, et* skarð *fissura* (ek sker *seco*), *quasi sit* skarið *vel* skorið *sectum.*

Ættleiði ek *v. in familiam duco, legitimo. Modus legitimandi legitur* Et. 16. *Th.* ætt *vel* átt, *familia, et* ek leiði *duco. Inde*

Ættleiðing *f. legitimatio et*

Ættleiðingr *m. legitimatus.*

Ö.

Öðn *f. idem quod* auðn, *qu. v.*

Öndvegi *v.* andveigi *n. sedes herilis, vel primaria, quæ* öndvegi *dicta est, quod vestibulo ex adverso esset. Th.* and *(in compositione), contra, et* vegr *via ɔ: introitus in domus. Vestibulum etiam* önd *dictum est in* Ljósvetníinga S., *ni fallor, quod sedi primariæ seu herili e contrario esset.*

Ör *f. sagitta. Indicem comitiorum circa cædem vel vulnera habendorum, sagittæ forma exsculptum, emittebant veteres. Cfr.* þíngboð. *Hinc phrases:* at skera upp ör *sagittam comitiorum indicem emittere* Mh. 10, 17, 18, 20: at fella ör *sagittam emissam comitiorum indicem retinere* Mh. 18. at bera ör *sagittam portare ibid.* Ef ör tekr hann *si sagitta comitiorum index ad eum (reum) pervenerit, ibid.* Ör *etiam cicatrix, quasi vestigium sagittæ. Anne gr.* ἰός, *missile, adferri meretur?*

Örvaþing *n. comitia sagittaria, ɔ: sagittis indicta.*

Öxlhár *idem quod* axlarhár, *qu. v.*

INDEX IIus

sistens res et materias in Jarnsida occurrentes, tam juris quam antiquitatis respectu notabiliores.

Abbreviaturæ denotant:

SPC. = *Sectio profectionis comitialis* = þingfararbálkr.
SChr. = *Sectio christianismi* = *jus ecclesiasticum* = Kristindómsbálkr.
JP. = *Jus personale* = Mannhelgi.
JM. = *Jus matrimoniale* = Kvennagiptingar.
FE. = *Familia erciscunda* = Erfðatal.
SFR. = *Sectio de fundis reluendis* = Landabrigðabálkr.
SC. = *Sectio de commerciis* = Kaupabálkr.
SF. = *Sectio de furtis* = þjófabálkr.

Numerus romanus titulum sectionis indicabit.

A.

Accessorium sequitur suum principale SFR. XXIV.
Actio dolosa (calumniosa) quomodo punienda SPC. V.
—— *forensis quando in tribu quiescat* SC. VIII.
—— *ex regula ne demandetur* ibid.
—— *ne demandetur nisi fœminæ competierit* ibid.
—— *dolosa* SC. VIII.
Actor publicus in quovis tractu JP. XIII.
—— —— *occisores suscipiat custodiendos* ibid.
—— —— *fures itidem* SF. II.
—— —— *pœnas reis infligi faciat* JP. XIII, SF. II.
Ædificia in fundo exstructa quando cedunt fundo SFR. XI.
Æstiva habebant veteres SFR. XIX.
Agnati cognatis præferuntur in successione hæreditaria FE. XX.
Agnati cognatis præferuntur in jura odelica FE. II.
Aggratiandi jus Regi competit JP. IV.
Almenníngar *vide litus commune.*
Alveus fluvii si immutatur SFR. XXIV.
Anni viginti terminus præscriptionis quoad testes SC. VI.
Anticipatio caussarum in comitiis generalibus SPC. III.
Antipherna uxoris in tantum minuuntur, quantum de dote recedit JM. I.
—— *cedunt conjugi superstiti* JM. II.
—— *adultrix committit et dotem* JM. V.
Appellatio causæ judicatæ a judice male informato ad melius informandum SPC. V.
—— *calumniosa, quomodo restringatur* ibid.

Arietatio in ignem vel aquam JP. XXII.
Arma levando suffragatio latæ sententiæ indicatur JP. XX.
—— *tangendo itidem* SPC. V.
Arma in comitiis generalibus portare prohibitum SPC. III.
—— *si lata fuerint, committuntur* ibid.
Aurum et argentum in cimeliis FE. XXI.
—— *vestimentis applicatum* ibid.

B.

Balæna ejectitia quomodo tractanda SFR. XXIX.
Beneficium inventarii JM. VI. FE. XIIX. XIX.
—— —— *liberis demortui non competit* ibid.
Bona pupillaria jure præferentiæ gaudent FE. XIX.
—— —— *ne quis inæstimata suscipiat* FE. XXIV.
—— —— *si quis sine æstimatione susceperit* ibid.
Bona uxoris jure præferentiæ gaudent FE. XIX.
—— *pupillaria pignore assecuranda* FE. XXIV. XXV.
—— —— *extra quadrantem haud deferenda* FE. XXV.
Bonorum pupillarium caput minimum non consumendum ibid.; *vide pupillus.*

C.

Cædes ad captandam hæreditatem quid efficit FE. XIII.
—— *furtiva morte punienda* JP. V. VI.
—— *in comitiis facta* JP. XIII.
—— *in conviviis* JP. XII.
Cædis in loco judicium instituatur JP. XVIII.
—— *multa in duplum adaugeatur, si pax domestica simul violata fuerit,* JP. XI.
—— *multa tantum debetur hæredi occisi, non cæteris ejus propinquis* JP. XXIX.
Causa judicata renovatur SPC. V.
—— *ecclesiastica semper agenda* SC. VIII.
Citatio quinionis quando adhibeatur SFR. XV. XXIV.
Classes successionis hæreditariæ tredecim FE. I—XV.
Claustra famelica nominantur SFR. XXII.
Clerici quot in comitia generalia denominentur SPC. II.
—— *a quo denominandi* ibid.
Clerici quomodo puniendi, si denominati non apparuerint, ibid.
Codominium quomodo solvendum SC. XV.
Collatio bonorum JM. I.
Colonus conductitius cedens et veniens quomodo invicem se habeant SFR. XI.
—— —— *quid capiat e fundi conducti proventibus* SFR. XIII.
—— —— *si in fundum conductum lares suos non transtulerit* SFR. XIV.
—— —— *si in fundum conductum, domino non concedente, sese contulerit, rapinæ reus agitur* SFR. XV.
—— —— *vi tum est expellendus* ibid.
—— —— *ejus res familiares quando cedunt fundo* ibid.
—— —— *ejus officia quoad fundum conductum* SFR. XI.
—— —— *quando in prædium conductum se referat* ibid.

Coloni quot in comitiis sagitta indictis appareant JP. XVIII.
Comitia sagittaria seu sagitta indicta ubi habenda ibid.
—— —— *in iis quot appareant* ibid.
—— *promulgatoria habeant toparchæ a comitiis generalibus reduces* SPC. V.
—— —— *in iis quid agendum* ibid.
—— *generalia ubi habenda* SPC. I.
—— —— *in ea quando deveniendum* ibid.
—— —— *in iis lata sententia si violatur* SPC. III.
—— —— *eorum pax et securitas severis pœnis munitur* SPC. V.
Commodatarius rei commodatæ sustineat periculum SC. XVI.
Communio bonorum inter conjuges quomodo instituatur JM. II.
Concursus cœdis multæ et satisfactionis Regi debitæ JP. XXIX.
—— *debitorum* FE. XVIII. XIX.
Conductor pecoris ejus pericula quænam sustineat SC. II.
Confessio christiana SChr. I.
Conjuges si liberos procreaverint, eorum bona facilius in communionem veniunt, JM. II.
Conjuges si inopes inierint matrimonium, maritus bessem, uxor trientem bonorum habeat, JM. III.
Conjux conjugis bona ne committat JM. II.
Consacramentales quale dicant juramentum JP. XXXVII.
—— *ne jurent in verba accusati* ibid.
—— *quomodo eligendi* SF. IX.
—— *quot, vide juramentum.*
Contractus operarum SC. XIX.
Correctio malorum qua finis pœnæ indigitatur SChr. II.
Creditores convocandi, ad mortui debita persolvenda, FE. XVIII.
—— *si non apparuerint, quando debita sua perdant,* ibid.
—— *pignoraticii rei oppignoratæ iis traditæ sustineant periculum* SC. XVII.
Crimen perduellionis JP. V.
Crimina nefanda quænam ibid.
Crux qua index de balæna ejectitia adhibetur SFR. XXIX.
Culpa resarcienda JP. XXX.
Cultro alium petens quomodo puniendus JP. XXXI.
Curatori suo fundum vendendum fœmina primum obferat emendum SFR. IV.

D.

Damnum culpa causatum resarciatur SC. XII.
—— *casuale quidnam* JP. XXX.
Damna casualia probe attendenda & distingvenda ibid.
Debita legalia præferuntur cœdis multæ et satisfactioni Regi debitæ JP. XXIX.
—— *mortui probanda* SC. VI.
Decem annorum præscriptio FE. XXIII.
Delatores ex jure talionis puniendi JP. XXVI.
Delegatio nominis SC. XVIII.
Delegatio debitorem originarium liberat ibid.
Delicta nefanda quænam JP. V.
Difficultatis in exigendo multa SC. IV.
Dodecadis juramentum vide juramentum.
Dolus malus emtionem venditionem vitiat SC. X.
Domicilium justum magni momenti SC. VII.
Domiciliorum mutandorum tempus legale SFR. XI.
Domus in fundo alieno ædificatæ ibid.
Donum ex quadrante valeat testibus comprobatum FE. XVII.

Dos adventitia sponso tradita ei non minus quam profectitia cedit JM. I.
Dotem et antipherna adulterio committit uxor JM. V.
Dotis pars actione quæsita antiphernis haud compensanda JM. V.

E.

Emendatio qua finis pœnæ innuitur SChr. II.
Emtio venditio dolosa quid SC. X; *quomodo punienda* ibid.
Enarus Archiepiscopus Nidarosiensis nominatur SChr. III; JP. VII.
Episcopus Dei mandatarius in rebus ecclesiasticis SChr. II.
Episcopus Regi coordinatus ibid.
Episcopi quot foripetas comitiorum generalium inter clericos denominent SPC. I.
Exceptio alibi circa invasionem domesticam JP. XI.
—— *ignorantiæ quoad falsum reale* SC. IX, XIII.
Exsecutio debiti liquidi SC. IV, V.

F.

Facta utilia quamvis damnum adferentia favorabiliter tractanda JP. XXX.
—— *periculosa non necessaria* ibid.
Fœminæ cæde vindicandæ septem JP. X.
Falsum reale quid SC. IX.
—— —— *furti instar puniendum* ibid.
—— —— *emtionem venditionem vitiat* ibid.
Fatuus tutelæ subjicitur, quamvis majorennis, FE. XXII.
Fidei datæ violator quomodo puniendus SPC. VI; JP. V.
Fidejussio in causis furti non manifesti SF. III.
Filius et filia quænam ex materna hæreditate capiat FE. XXI.
Formula legitimandi filium naturalem FE. XVI.
—— *juramenti* SChr. V, VI, VII; SPC. II, III; JP. XXXVII.
Forum rei sitæ SFR. L.
Frater natu maximus, pro cæteris, sorori nupturæ constituat dotem JM. IV.
Fundus non homicidio nisi nefario committitur JP. II.
Fundus uxoris bonis emtus cedit uxori JM. III.
—— *avitus seu odelicus nominatur* SFR. VIII.
—— —— *si sororibus dividitur, fratribus venit redimendus* FE. II.
—— *a tutore abalienatus retrahatur majorenni* SFR. I.
—— *ejus reluitio quomodo instituatur* ibid.
Fundos vendendi formalia SFR. II.
—— *fœmina ne vendat sine consensu curatoris* SFR. IV.
—— —— *curatori primum obferat* ibid.
Fundi conducti proventuum quid domino cedit SFR. XIII.
—— —— —— *quid colono conductitio* ibid.
Fur furto alligatus personam in judicio standi ne habeat JP. XIX.
Furiosus pater si filium, filius si patrem, frater si fratrem occiderit, JP. VIII.
—— *propinquo suo injungendus* ibid.
—— *vinciendus* ibid.

Furiosus si aliquem occiderit vel vulneraverit ibid.
Furtum vaccæ morte puniendum JP. VII.
—— *dorso furis convicti alligandum* SF. VII.
—— *manifestum* SF. II.
—— *non manifestum* SF. VII.
—— *iteratum* SF. I.
—— *necessarium impune* ibid.
Furtum rei minimæ SF. VIII.
—— *quando morte puniendum* SF. I.
—— *unciæ, trium marcarum multa puniendum,* ibid.
Furti insimulatus, si in jus vocatus non apparuerit, pro convicto habeatur SF. IV.

H.

Harðafáng *vid. Difficultas in exigendo.*
Hæreditas caduca quando cedit Regi FE. XVII.
—— —— *quando domino fundi* ibid.
Hæreditatum classes tredecim FE. I—XV.
Homagium Regi Norvegiæ præstandum SChr.
—— *Regi ubi præstandum* SChr. IV; *quando* ibid.; *quomodo* SChr. VI, VII.
Homicidium quomodo puniendum JP. I.

I. J.

Jaculantes in alium quomodo puniendi JP. XXXI.
Januæ tres de prædio ne auferendæ SFR. XII.
Impedimenta legalia quænam SPC. VI.
—— —— *conjugii si matrimonium dissolverint, conjugum quivis sua habeat bona* JM. V.
Inædificatio SFR. XI.
Incendia nefaria JP. V.
Injuriæ verbales graviores quænam et quomodo puniendæ JP. XXIV.
Inquisitio per domos de re furtiva SF. V.
—— *quomodo instituenda* ibid.
Jonas (II) archiepiscopus memoratur JP. XXIX.
Judices pedarii (scabini) in comitiis generalibus adhibeantur SPC. I; *quot denominandi* SPC. II.
Juramentum toparcharum quoad scabinorum denominationem ibid.
—— *scabinorum* ibid.
—— *Regis successuri* SChr. V.
—— *dodecadis de causis invasionis domesticæ* JP. XI.
Juramentum dodecadis de vulneribus in pugna inflictis JP. VIII.
—— —— *de consiliis mortiferis* JP. IX.
—— —— *de delictis nefariis* SF. IX.
—— —— *de cæde* JP. XI, XII.
—— —— *de adulterio* JP. XXV.
—— —— *de insimulatione magiæ* ibid.
—— —— *de furto, ubi testibus domesticis probatur insimulatio,* ibid.
—— *sevirale de factis periculosis* JP. XXX.
—— —— *de causis furti* SF. IV, V, VII.
—— —— *de causis quadraginta marcarum* SF. X.
—— *trevirale de cæde in conviviis* JP. XII.
—— —— *de carmine famoso* JP. XXV.
—— —— *de homine vendito* JP. XXVIII.
—— —— *de causis quinque et quatuor marcarum* SF. XI.
—— *duovirale de causis duarum unciarum* ibid.

Juramentum solitarium JP. VIII, XIII; JM. I; SF. XI.
—— *decadis accusatorium (si non duovirale cum octo comprobatoribus)* JP. XXIV.
—— *suum qui obfert, potior sit jure, si utraque pars testes habuerit,* SFR. XXIV.
Jus aggratiandi Regi competit JP. IV.
— *talionis quoad delatores* JP. XXVI.
— *odalicum agnatis præ cognatis defertur* FE. II.
— *protimiseos exercet dominus fundi quoad domos in fundo exstructas* SFR. XI.

K.

Kaupfox *vid. Emtio-venditio dolosa.*

L.

Lagarèttr *vid.* rèttr.
Landnám *vid. Mulcta ob fundum usurpatum.*
Laudatio auctoris in causis furti SF. III.
Leges successoriæ in regno Norvegiæ SChr. III, IV.
Legitimatio per matrimonium subsequens FE. XIV.
—— *filii naturalis per deductionem ad fores templi* FE. XVI.
—— *quomodo instituenda* ibid.; *ejus effectus* ibid.; *quomodo indicanda* ibid.
Liberi conjugum procreati ad bonorum communionem operantur JM. II.
Ligamina sacra in comitiis generalibus instituenda SPC. III; *quantæ laxitatis* ibid.
Litus commune piscaturæ et aucupio destinatum certis anni temporibus SFR. XXIX.
—— —— *certi quadrantis incolis competebat* ibid.
—— —— *quamdiu jaceat* ibid.
Locatio conductio fundi quomodo instituatur SFR. X.
—— —— —— *quamdiu valeat* ibid.
—— —— *pecoris quamdiu valeat* SC. XI.
Lýrittareiðr *vid. Juramentum trevirale.*

M.

Magiæ diversa genera morte punienda JP. VI.
—— *insimulatus dodecadis se purget juramento* JP. XXV.
Majorennis quis SFR. I.
—— *fundos a tutore abalienatos retrahat et quomodo* ibid.
Malluvia concatenata FE. XXI.
Mandatarius causæ ejusdem sit potentiæ et dignitatis ac pars contraria SC. VIII.
Mandatum generale SC. VIII; *quamdiu valeat* ibid.
Manuum junctio coram testibus stipulationem efficit SC. IX, X; SFR. II.
Marito superstiti cedunt antipherna uxori stipulata JM. II.
Marito competit bes, uxori triens bonorum communium JM. III.
Maritus teneat bona adultricis dum ipsa vivit JM. V.
Mendicus sanus, adultæ ætatis et virium integrarum satisfactionem juris personalis ne capiat, JP. XXVII.
Moechus in flagranti occidendus JP. X.
Morientis de occisore valeat indicium JP. XI.
Morsus quomodo puniendus JP. XXXII.
Multa ob dextræ fidem violatam quanta SFR. XVI; SC. XX.
—— *ob fundum injuste usurpatum* SFR. XXVIII.

N.

Nomophylax comitia generalia dirigat SPC. III.
—— *signum edi faciat, quando in dicasterium eant scabini & partes,* ibid.
—— *judices eligat suffraganeos inter denominatos* ibid.
Nomophylax ligamina sacra (vebönd) *facienda curet* ibid.
Nox natalitiorum Christi terminus constituitur SFR. I; SC. VII.

O.

Occisor cædem factam denuntiet et in se suscipiat JP. XIV.
—— *si cædem non denuntiat, cædem furtivam commisisse præsumitur,* ibid.
—— *prehensus deferatur vinctus ad actorem publicum vel toparcham* ibid.
—— *sagitta vocatus, nec apparens, pro convicto habeatur,* JP. XVIII.
—— *in comitiis cædem committens, fugiens et prehensus personam in judicio standi ne habeat,* JP. XIX.
Occisorem omnes insequi tenentur, nisi agnati, cognati et affines ejus proximi, JP. XIII.
—— *siquis insequi noluerit mulctandus est* JP. XV.
Olai Regis Haraldi filii sanctitas SChr. III.
— —— —— — *leges successoriæ* ibid.
Operarium ægrotantem herus quamdiu teneat SC. XIX.

P.

Pactum pignoris vel hypotheca in fundo quomodo statuitur SFR. VI.
—— *protimiseos in fundo quomodo constituitur* SFR. V.
—— —— *quomodo solvitur* SFR. VII.
Palear boum transfixerunt veteres SC. XII.
Parasiti dimidiam tantum juris personalis violati satisfactionem capiant JP. XXXII.
Paroemiæ juridicæ SPC. III; JP. XXVI, XXXV; FE. XXV; SFR. XX, XXIV; SC. I, II, V, VI.
Pars alterutra litigantium si jurare voluerit, si utraque, si neutra, SFR. XXV.
Partes litigantes ejusdem sint dignitatis et potentiæ SC. VII, VIII.
Pax et fides stipulandæ in causis circa vulnera JP. XX.
— *domestica et securitas si violatur* JP. XI.
Pecora palantia quomodo tractanda SFR. XXI.
—— —— *si damnum intulerint* SFR. XX.
Pecoris alendi periculum altor in quantum sustineat SC. XII.
Personam in judicio standi quinam habeant, qui non, JP. XIX.

Pignus legale & generale quoad bona pupillaria FE. XXIV.
—— *æstimandum* SC. XVII.
—— *commissum, si condicta die non redimitur,* SC. XVII.
—— *cedit creditori pignoraticio* FE. XIX.
—— *ejus periculum sustineat creditor pignoraticius* SC. XVII.
Piscaturam in alieno fundo exercens domino fundi piscatur SFR. XXIV.
Poenæ mutilantes JP. XXXI, XXXII, XXXIV.
Prædiatio quomodo punienda SC. I.
Præsumtio juris & de jure quoad momentum mortis plurium simul mortuorum FE. XVII.
Præscriptio actionis hæreditatis vindicandæ FE. XXIII.
—— —— *de fundo reluendo* SFR. I.
—— *testes ferendi* SC. VI.
Præferentia debitorum legalium JP. XXIX.
Prata si quis in fundo alieno habuerit SFR. XXVII.
—— *quomodo colenda a domino prati* ibid.
—— *quomodo servanda a domino fundi* ibid.
Pretium rei furtivæ ad pœnam furti operatur SF. I.
Prior tempore potior jure SFR. XVI; SC. X, XVII, XX.
Pronubus virginis quinam JM. I.
—— *dotem et antipherna constituat* ibid.
—— *auctorem dotis sese præbeat* JM. III.
Pugiones portare prohibitum JP. XXXI.
Pungentes alium quomodo puniendi ibid.
Pupillus quando victum operis quærere par esse præsumitur FE. XXV.
—— *quantum quotannis consumat* ibid.
—— *quando majorennis fit* SFR. I.
—— *ejus bona vid. Bona pupillaria.*

R.

Ráðspell *quid* JP. XXXVI.
Raptus fœminæ violentus morte puniendus JP. VI, VII.
Regi multa debetur ob comitiorum generalium latam sententiam violatam SPC. III, V, VI.
—— —— —— *ob pacem domesticam violatam* JP. XII.
—— —— —— *ob verbera irato animo inflicta* JP. XVI.
—— —— —— *ob subditum injuriatum* JP. XXII, XXIII.
—— —— —— *ob subditum venditum* JP. XXVIII, *cæsum* JP. I.
—— —— —— *ob fundum sine testibus venditum* SFR. II.
—— —— —— *ob res alienas violenter raptas* SC. II.
—— —— —— *a parte contumaci* SC. III.
—— —— —— *ob spretam nomophylacis sententiam* ibid.
Regi multa debetur ob contractum operarum violatum SC. XIX.
—— —— —— *circa pecunias aleæ subjectas* SC. XXI.
—— *nihil debetur circa damna casualia et facta periculosa* JP. XXX.
—— —— —— *eo læso, qui juris non est capax,* JP. XXVII.
Res naufragæ quomodo tractandæ SFR. XXVIII.
— *commodata si perierit* SC. XVI.
— —— *si subcommodatur* ibid.
— —— *in dotem, si recedit, sponsus in pronubum agat de restitutione in integrum* JM. I.
Resarcitio damni culpa causati SC. XII.
Rèttr *vid. Satisfactio juris personalis violati.*
Reus latam sententiam si neglexerit SPC. III, V, VI.
—— *latam sententiam violans quanti in accusatorem tenetur* ibid.
Rex Dei mandatarius in civilibus SChr. I.

Rex episcopo coordinatus ibid.
— *quinam justus in regno Norvegiæ* SChr. III.
Rex juramento functus imperium regium suscipiat SChr. V.

S.

Sagitta index comitiorum circa moechum in flagranti occisum JP. X.
—— —— —— *de vulneribus inflictis* JP. XVII.
Sagittæ comitiorum indices quotuplices JP. XVIII.
Sagittam emissam impediens quanti tenetur ibid.
Sal *vid. Solutio multæ.*
Salmonum in amne ne præstruatur iter SFR. XXIV.
Satisfactio juris personalis violati debetur injuriato verberibus JP. XVI, *verbis et dicteriis* JP. XXIV.
—— —— —— —— *quando triplex adhibeatur* JP. XXV.
Scabini comitiorum generalium (judices pedarii vel suffraganei) quando et a quo denominandi SPC. I.
—— *quot denominandi e quavis toparchia* SPC. II.
—— *sumtus profectionis comitialis unde capiant* ibid.
—— *juramento fungantur dicasterium ingressuri* SPC. III.
—— *sententiam ferant cum Nomophylace* ibid.
—— *sententiam ferant ex justo & æquo si tacuerint leges* ibid.
Scotatio in fundis tradendis adhibeatur ex regula FE. XVII.
—— *testibus coram facienda* SFR. II.
Securitas publica in comitiis generalibus indicatur SPC. IV.
—— *domestica si violatur, reus duplicem pendat pœnam,* JP. XI.
Sententiam latam violantes quanti tenentur SPC. III, V, VI.
Sententiæ latæ quomodo suffragati sunt veteres SPC. V; JP. XX.
Sepimenta struenda et reficienda SFR. XX.
—— *terminalia itidem* SFR. XXII.
—— *legale quale sit* ibid.
Sepulturæ honestæ jus denegatur iis, qui crimen capitale commiserunt, JP. VII.
Sepulcrum cæsi ad, etiam habeatur judicium de homicidio JP. XVIII.
Servitutes rurales SFR. XXVII.
Solutio multæ in tres partes divisa SPC. VI
—— —— *prima quando proveniat* ibid.
—— —— *quomodo obferatur* ibid.
Soror fratris impuberis tutelam habere potest JM. IV.
—— *si tutelam habuerit, propinqui proximi ei dotem dandam e bonis fratris definiant,* ibid.
Sortitio adhibeatur inter codominos SC. XV.
Sortilegium ibid.
Sponsiones ratæ valeant, si adfuerint testes, SC. XXI.
Stigma clavis genæ furis inurendum SF. I.
Stipulatio quomodo fiat SFR. II; SC. IX, X.
Stuprum fœminæ honestæ illatum quomodo puniendum JP. XXXVI.
Subditi cæsi satisfactionem capiat Rex JP. II.
Sublocatio fundi illicita SFR. X.
Successio in regno Norvegiæ SChr. III, IV.
—— *in capita quando adhibeatur* FE. XV.

T.

Terminus citationis quantus SC. III.
Termini si moventur nec novi instituuntur SFR. XXVI.
Terminorum motio quomodo punienda ibid.
Testamenta viri improlis et hærede destituti FE. XVII.

Testamenta ubi perficiantur ibid.
—— *quam sæpe ea revocare licitum* ibid.
Testes inhabiles propinquitatis v. affinitatis causa SC. II.
—— *omni exceptione majores quinam* ibid.
—— *oculati auritis præferendi* ibid.
—— *domestici circa injurias verbales adhibendi* JP. XXIV.
Testium vel antestatio v. non statum causæ immutat JP. XXI.
Tintinnabulo magno signum datur, quando in dicasterium eundum sit, SPC. III.
Toparchæ comitia habeant promulgatoria SPC. V.
—— *denominent judices pedarios in comitiis generalibus adhibendos* SPC. I.
Toparchæ quando eos denominent ibid.
—— *juramento quoad denominationem fungantur* ibid.
—— *mulctandi si non juste denominant* SPC. II.
—— *appareant in comitiis generalibus vel ipsi vel per justos mandatarios* SPC. II.
Toparcha occisores vinctos recipiat custodiendos JP. XIII.
Traditio rei venditæ transfert dominium SC. XIII, XIV.
Tutela jus succedendi sequitur ex regula FE. XXII, XXIV.
—— *minorennis si submandatur* FE. XXV.
Tylftareiðr *vid. Juramentum dodecadis.*

U.

Uxor superstes dotem et antipherna capiat JM. II.
—— *trientem bonorum, maritus bessem habeat* JM. III.
—— *committit dotem et antipherna adulterio* JM. V.
—— *adultrix resipiscens et cohabitationem marito obferens dotem habeat* ibid.
Uxor superstes dotem tantum habeat, si bona mariti relicta non ultra toleraverint, JM. V.
—— *quas et quantas faciat emtiones venditiones* SC. XVIII.
—— *si quid ad usus familiæ emerit, valeat,* ibid.

V.

Vacca legalis qualis SC. XIII.
Vebönd *vid. Ligamina sacra.*
Veritas convicii tollit injuriam JP. XXVI.
Vidua seipsam nubit JM. I.
Vincula si quis ingenuo injecerit, mulctandus, JP. XXIII.
Vindicta privata SF. VIII.
Vogrek *vid. Res naufragæ.*
Vulnera inferentem omnes insequi tenentur JP. XIV.



ep: mæde þær eg rætterndesín ihygdo heima
eda þirre logmi þa skal h saka aberi stef:na
hond til alþingis er h þær eg rætt af: oc ef:h
hef til þess sanleg yrtne at h hef þæi þannig
stef:mt er mal á yid hann. oc þat annat at
mal hafe þannig þ:arer sem h hef: hermt þa
sculo þingmn dæma þ mal at log þ:ullo lit
sem þar ero bader eda sa einn er þ:ram ber
oc logrætto monom oc logmanne þikir þ:rri
vrta nema hmd bane full naudsyn er stef:
er.

Cp 1

att er upphaf: laga þarta allen
domga sem upphaf: er allra godra
luta at þ skulo hafa oc halda
kristelega tru. Þær skulo trua
agud þ:adur almattkan scapara
himns oc iardar. Þær sculo trua afarn dræn
inum ifrst oc þs emga sun er getin er af: cra þr
helagt anda oc þ:xeddes af: Maria mey þin
de und pilatz yalde crosf:esti deyddz oc grafin
þ:æ nidr til helvitis at leysa þadan alla sí
na men. þridia dag epr er h var deyddr reis
h upp af: dauda oc þar sidan med lærisueino
sinom .xl. daga þ: pasca degi oc til helga þorf
dags oc steig þartil himna upp oc þadan scal
h koma aef:sta degi þessa heims at dæma hvn
xpr sinom þdleika. Þær skulo trua a helg
an anda at h er sannr gud sem f:ader oc sunr
oc þær þriar skilningar er ein gud. Þær sku
lo trua af allt sem truir oll citeleg þiod
oc heilagra manna samband oc herlog kirkia
hef samdyct med obrigdelegre stadf:esto.

